

XVIII.

CONLATIO ABBATIS PIAMVN

De tribus generibus monachorum

*

ACHTTIENDE GESPREK. VAN ABT PIAMUM

De drie soorten monniken

- | | |
|--|--|
| I. Quemadmodum Diolcon uenientes ab abbate Piamun fuerimus suscepti. | 1. Hoe wij bij onze aankomst in Diolcos door abt Piamun werden ontvangen |
| II. Verba abbatis Piamun, quomodo rudes monachi exemplo seniorum debeant erudiri. | 2. De woorden van abt Piamun: hoe de onervaren monniken door het voorbeeld van de ouderen onderricht moeten worden |
| III. Quod iuniores discutere seniorum praecepta non debeant. | 3. De jongeren moeten de regels die de Ouden hun stellen, niet betwisten |
| IV. De tribus generibus monachorum quae intra Aegyptum sunt. | 4. De drie soorten monniken die er in Egypte zijn |
| V. Quibus auctoribus coenobiotarum sit instituta professio. | 5. De grondleggers van het cenobietenleven |
| VI. De anachoretarum ordine atque principio. | 6. Oorsprong en begin van de anachoreten |
| VII. De Sarabaitarum principio et conuersatione. | 7. Oorsprong en levenswijze van de sarabaïeten |
| VIII. De quarto genere monachorum. | 8. Een vierde soort van monniken |
| IX. Interrogatio, quid sit inter coenobium et monasterium. | 9. Een vraag over het verschil tussen een cenobium en een munster |
| X. Responsio. | 10. Antwoord |
| XI. De humilitate uera et quomodo falsam cuiusdam humilitatem prodiderit abbas Sarapion. | 11. De ware nederigheid. Hoe abt Sarapion iemands valse nederigheid aan het licht bracht |
| XII. Interrogatio, quemadmodum uera patientia possit adquiri. | 12. Vraag: hoe men het ware geduld kan verwerven |
| XIII. Responsio. | 13. Antwoord |
| XIV. De exemplo patientiae cuiusdam religiosae feminae. | 14. Het voorbeeld van geduld van een godgewijde vrouw |
| XV. De exemplo patientiae abbatis Pafnuti. | 15. Het voorbeeld van geduld van abt Pafnutius |
| XVI. De perfectione patientiae. | 16. Het volmaakte geduld |

I. QUEMADMODUM DIOLCON UENIENTES AB ABBATE PIAMUN FUERIMUS SUSCEPTI

Post conspectum atque conloquium
trium illorum senum,
quorum conlationes
sancto fratre nostro Eucherio conpellente
utcumque
digessimus,
cum
etiam ulteriores Aegypti partes,
in quibus
amplior atque perfectior
sanctorum numerus
consistebat,
maiore flagrantia
desideraremus
expetere,
ad uicum,
cui nomen est Diolcos,
uni ex septem Nili fluminis ostiis
inminentem,
non tam
itineris necessitate
quam
desiderio sanctorum illic commorantium
conpellente

1. *Hoe wij bij onze aankomst in Diolcos door abt Piamun werden ontvangen*

Nadat we de drie Vaders
hadden gezien en met hen gesproken,
wier Gesprekken ik
op verzoek van onze heilige broeder Eucherius
naar best vermogen
op schrift heb gesteld,
werd ons verlangen
steeds heviger
om ook de verderop gelegen streken van Egypte
te bezoeken,
waar
de heiligen groter in aantal waren
en ook volmakter
leefden.
Wij reisden voort en kwamen,
eer
gedreven
door het verlangen om de heiligen aldaar op te zoeken
dan
door de noodzaak van onze weg,
in het plaatsje
Diolcos aan,
gelegen aan

peruenimus.

2. cum enim
uelut cupidissimi mercatores
plurima illic celeberrimaque
coenobia
ab antiquis
audissemus
patribus
instituta,
continuo
quasi nauigationem inquisitionis incertae
spe maioris lucri persuadente
suscepimus.

ubi
cum
diutissime fluctuantes
ad illos uirtutum sublimitate conspicuos montes
undique
curiosos oculos tenderemus,
abbatem Piamun,
omnium anachoretarum illic inhabitantium
seniorem
eorundemque presbyterum
uelut quandam sublimissimam pharum
primus circumspicientium
notauit
intuitus.

3. hic etenim
sicut euangelica illa ciuitas
in excelsi montis uertice
constitutus
nostro
protinus refulsit
aspectui.

cuius
uirtutes atque mirabilia,
quae
per eum
etiam sub conspectu nostro
diuina gratia
testimonium
meritis eius reddente
perfecta sunt,
ne
uel propositi nostri formam
uel modum huius uoluminis
excedamus,
silentio praetermittenda
credimus.

non enim
de mirabilibus dei,
sed de institutis studiisque sanctorum
quaedam quae

een van de zeven mondingen van de Nijl.

We hadden gehoord
dat daar
door de oude
Vaders
meerdere zeer beroemde
cenobietenkloosters
waren gesticht,
en onmiddellijk zijn we
als begerige kooplui
om zo te zeggen op onderzoekingsvaart
gegaan,
gedreven door de hoop op een grotere winst.

Langdurig dobberden wij rond
en
onze nieuwsgierige ogen zagen
overal uit
naar die aanzienlijke bergen van de deugd,
totdat onze rondgaande blikken
allereerst,
als was hij een hoge vuurtoren,
abt Piamun
ontdekten,
de leidsman
en tegelijk de priester
van alle kluizenaars die daar woonden.

Zoals de stad uit het evangelie (Mt. 5,14),
zo was hij
boven op de hoge berg
geplaatst
en hij straalde vanzelf dadelijk
voor onze
ogen.

Om
de opzet van mijn werk
en de omvang van dit boek
niet te buiten te gaan,
heb ik gemeend
stilzwijgend voorbij te moeten gaan
aan zijn
buitengewone daden en wonderen,
die
hij
voor onze ogen
verrichtte:
waarlijk een getuigenis
van Gods genade
voor zijn verdiensten.

Ik heb immers niet
beloofd
om over de wonderen van God te verhalen,
doch om voor het nageslacht

reminisci possibile est
 nos spondimus
 memoriae
 tradituros,
 ut
 necessariam tantum
 perfectae uitae instructionem,
 non inutilem
 absque ulla emendatione uitiorum
 ac superuacuum admirationem
 legentibus
 praeberemus.

4. cum itaque
 beatus Piamun
 summa nos gratulatione susceptos
 humanitate etiam congrua
 refecisset,
 intellegens
 nos non eiusdem esse regionis,
 primum unde uel cur
 Aegyptum petissemus
 sollicite percontatus
 ac de coenobio Syriae
 ob desiderium perfectionis
 nos illo aduenisse
 cognoscens
 ita exorsus est.

II. VERBA ABBATIS PIAMUN, QUOMODO RUDES MONACHI EXEMPLO SENIORUM DEBEANT ERUDIRI

Quisque hominum,
 o filii,
 cuiuslibet artis peritiam
 adsequi concupiscit,
 nisi
 omni cura atque uigilantia
 eius se
 quam nosse desiderat
 disciplinae
 studiis manciparit
 ac perfectissimorum quorumque
 opificii ipsius uel scientiae
 magistrorum
 praecepta atque instituta
 seruauerit,
 frustra
 inanibus uotis
 eorum similitudinem
 exoptat adtingere,
 quorum curam atque industriam
 detractat aemulari.

2. nouimus enim

bepaalde dingen,
 die ik mij herinneren kan,
 op te tekenen
 over de instellingen en de praktijken van de heiligen:

ik heb de lezers
 alleen
 onderricht over het volmaakte leven
 willen geven
 en geen overbodige stof tot bewondering,
 zonder enig nut
 voor de verbetering van hun ondeugden.

De zalige Piamun
 ontving ons met de meest hartelijke
 welkomstwoorden en gaf ons het nodige om ons te
 verkwikken
 met een gastvrijheid die er zijn mocht.
 Hij begreep
 dat wij niet van de streek waren
 en informeerde met belangstelling,
 vanwaar wij kwamen en waarom wij
 Egypte bezochten.
 Toen hij vernam
 dat wij van een klooster in Syrië
 uit verlangen naar de volmaaktheid
 hierheen gekomen waren,
 sprak hij ons toe als volgt.

*2. De woorden van abt Piamun: hoe de onervaren
 monniken door het voorbeeld van de ouderen
 onderricht moeten worden*

Mijn kinderen,
 wanneer iemand
 bekwaamheid in een of ander ambacht
 wenst te krijgen,
 moet hij zich
 met alle zorg en ijver
 toeleggen op het leren
 van dat vak
 dat hij verlangt te kennen
 en zich houden
 aan de lessen en de raad
 van volleerde
 meesters
 in dat vak of in die wetenschap.
 Anders
 blijft het
 bij ijdele wensen
 en komt men niet tot de verlangde
 gelijkenis met degenen
 van wie men de zorg en de inspanning
 weigert na te volgen.

Wij hebben er namelijk gekend

nonnullos
 ita
 ad haec loca
 de uestris regionibus
 aduenisse,
 ut
 cognoscendi tantummodo gratia
 fratrum monasteria
 circumirent,
 non ut
 has regulas
 ob quas huc conueuerant
 atque instituta
 susciperent
 ac secedentes in cellulis
 conarentur ea,
 quae
 uel uisu
 uel traditione
 perceperant,
 operibus experiri:
 qui
 mores suos ac studia
 quibus inbuti fuerant
 retentantes,
 ut eis exprobrari a nonnullis solet,
 non profectus sui gratia,
 sed uitandae egestatis necessitate
 existimati sunt
 prouincias conmutasse.

3. non solum enim
 nihil eruditionis acquirere,
 sed ne diutius quidem
 in his partibus conmorari
 pertinacis animi obstinatione
 potuerunt.

cum enim
 nec ieiuniorum morem
 neque psalmodiarum ordinem
 nec ipsorum denique indumentorum habitum
 permutassent,
 quid aliud
 in hac regione sectari
 quam sola
 uictus sui conpendia
 crederentur?

III. QUOD IUNIORES DISCUTERE SENIORUM PRAECEPTA
 NON DEBEANT

Quamobrem
 si uos
 quemadmodum credimus
 dei causa
 ad aemulationem nostrae agnitionis

die

uit uw streken
 gekomen zijn

en de kloosters van de broeders
 hebben afgereisd
 enkel ter kennismaking,
 en niet
 om de regels
 en instellingen
 waarvoor ze hierheen gekomen waren,
 over te nemen
 en te trachten datgene
 wat ze
 gezien
 of gehoord
 hadden,
 teruggetrokken in een cel,
 zelf in praktijk te brengen.
 Omdat zij
 de gewoonten
 en de manier van leven, die ze geleerd hadden,
 wensten te behouden,
 heeft men de indruk gekregen,
 zoals sommigen het hun plegen te verwijten,
 dat zij niet voor hun vooruitgang,
 maar om armoede en gebrek te ontlopen,
 van land veranderd waren.

In deze koppigheid
 waren ze
 niet alleen niet in staat
 om iets te leren
 maar ook niet om het lang
 in deze streken uit te houden.

Aangezien zij
 niets veranderden,
 noch hun manier van vasten,
 noch de orde van hun psalmodie,
 zelfs niet hun kleding,
 wat zou men dan anders
 hebben kunnen denken
 dan dat zij enkel
 hierheen gekomen waren
 om te profiteren voor hun levensonderhoud?

3. *De jongeren moeten de regels die de Ouden hun
 stellen, niet betwisten*

Als u
 dus,
 naar ik aanneem,
 omwille van God
 getrokken wordt

adtraxit,
omnibus institutis,
quibus
illic
primordia uestra
praeuenta sunt,
penitus abdicatis

quaecumque
seniores nostros agere uel tradere
uideritis
summa humilitate
sectamini.

neque uos moueat
aut ab imitatione diuertat ac retrahat,
etiamsi uobis
ad praesens
alicuius rei
uel facti ratio
uel causa
non liqueat,
quia
eos qui
bene de cunctis ac simpliciter
sentiant
et uniuersa quae
a senioribus tradi gerit
perspexerint
fideliter imitari
magis quam discutere
student,
per operis experientiam
etiam scientia rerum omnium
subsequetur.

2. ceterum
numquam
rationem ueritatis
intrabit,
quisquis
a discussione
coeperit erudiri,
quia
uidens eum inimicus
suo
potius quam
patrum iudicio
confidentem
facile in id usque propellet,
ut
etiam illa quae
maxime utilia atque saluberrima sunt
superflua ei uideantur ac noxia,
atque ita
praesumptioni eius
callidus hostis inludet,
ut
inrationabilibus definitionibus suis
pertinaciter inhaerendo

tot de ijver om ons te leren kennen,
zie dan volkomen af
van alle regels
waarmee
ginds
uw begin
belast is geweest

en volg
met de grootste nederigheid
al wat gij
de Ouden bij ons
ziet doen of leren.

Laat u niet aan het wankelen brengen
of van de navolging afhouden,
als gij
op het moment
de reden
of de zin
van een of andere zaak of handelwijze
niet inziet.
Want
degenen die
gunstig en eenvoudig over alles
oordelen
en die zich beijveren
om alles
wat zij de Ouden
zien doen of leren,
veeleer trouw na te volgen
dan te betwisten,
zullen door de ervaring van het doen
ook tot de kennis van al die dingen
komen.

Daarentegen
zal hij die
al bij het eerste onderricht
begint te redetwisten,
nooit
de waarheid
binnengaan.
Want
de vijand, die ziet dat hij
meer
op zijn eigen oordeel
vertrouwt
dan op dat van de Vaders,
zal hem gemakkelijk zo ver brengen,
dat hij
zelfs
het belangrijkste en meest nuttige
als overbodig en schadelijk gaat beschouwen.
En zodoende
zal de sluwe vijand
hem in z'n eigen aanmatiging vangen
:
door hardnekkig aan zijn eigen onredelijke inzichten
vast te houden,

hoc solummodo
sibi sanctum esse persuadeat,
quod
rectum atque iustissimum
suae tantum obstinationis errore
censuerit.

komt hij tot de overtuiging
dat alleen datgene heilig is
wat hij zelf
in zijn eigenwijze verblinding
recht en behoorlijk
acht.

III. DE TRIBUS GENERIBUS MONACHORUM QUAE
INTRA AEGYPTUM SUNT

4. *De drie soorten monniken die er in Egypte zijn*

Quamobrem
ordo atque principium
professionis nostrae
quemadmodum uel unde
descenderit,
primum debetis agnoscere.

Het eerste
nu
wat ge moet weten, is,
hóe
onze staat is begonnen,
wáár hij vandaan komt.

tunc etenim
poterit quis
desideratae artis
efficacius adsequi
disciplinam
et ad exercendam eam
ardentius incitari,
cum
auctorum ac fundatorum eius
agnouerit dignitatem.

Men kan zich
immers
met meer succes
de wetten
van een kunst die men verlangt, eigen maken,
en meer worden aangezet
om haar te beoefenen,
als men
de grootheid kent
van haar stichters en grondleggers.

2. tria sunt in Aegypto
genera monachorum,
quorum
duo sunt optima,
tertium tepidum
atque omnimodis euitandum.

Er zijn in Egypte
drie soorten monniken.

Twee ervan zijn voortreffelijk;
de derde is lauw
en moet volstrekt gemeden worden.

primum est
coenobiotarum,
qui scilicet
in congregatione pariter consistentes
unius senioris iudicio
gubernantur:
cuius generis
maximus numerus monachorum
per uniuersam Aegyptum
commoratur.

De eerste soort
zijn de cenobieten,
dat wil zeggen
die in een gemeenschap samenleven,
bestuurd
naar het goeddunken van een overste.
Van deze soort
leeft er
een zeer groot aantal
in heel Egypte.

secundum
anachoretarum,
qui
prius in coenobiis instituti
iamque in actuali conuersatione perfecti
solitudinis elegere secreta:
cuius professionis
nos quoque optamus esse participes.

De tweede soort
wordt gevormd door de anachoreten,
die,
na hun vorming in een cenobietenklooster
en reeds volmaakt in het actieve leven,
de afzondering en de eenzaamheid hebben gekozen;
aan deze levensvorm
wensen ook wij deel te hebben.

tertium
reprehensibile Sarabaitarum est.

De derde
is de slechte soort van de sarabaieten.

de quibus
singillatim per ordinem
plenius disseremus.

We zullen
achtereenvolgens elk van die soorten afzonderlijk
uitvoeriger behandelen.

3. harum igitur trium professionum
ut diximus
fundatores
primum debetis agnoscere.

Ge moet dus nu ten eerste,
zoals ik zei,
de grondleggers
van deze drie levensstaten leren kennen.

nam
profecto
ex hoc ipso
uel odium professionis illius
nasci poterit
quae uitanda est
uel eius desiderium
quae sequenda,
quia
necesse est
unamquamque uiam
ad illum finem
suum pertrahere sectatorem,
ad quem
auctor ipsius inuentorque
peruenit.

Want
daaruit
kan een afkeer voortkomen
van de staat
die men moet mijden,
of een verlangen naar de staat
die verdient gezocht te worden.

Elke weg
brengt hem die hem opgaat,
noodzakelijk
tot hetzelfde doel
als waartoe
ook hij die hem gebaad heeft,
is gekomen.

V. QUIBUS AUCTORIBUS COENOBOTARUM SIT INSTITUTA PROFESSIO

5. De grondleggers van het cenobietenleven

Itaque
coenobiotarum disciplina
a tempore praedicationis apostolicae
sumpsit exordium.

Het cenobietenleven
vindt zijn oorsprong
in de tijd van de prediking van de apostelen.

nam talis
extitit in Hierosolymis
omnis illa credentium multitudo,
quae
in Actibus apostolorum
ita describitur:

Want zo
leefde in Jerusalem
heel de menigte gelovigen,
die
de Handelingen van de Apostelen
beschrijft:

*multitudinis autem credentium
erat cor et anima una,
nec quisquam eorum
quae possidebat
aliquid suum esse dicebat,
sed erant illis
omnia communia.*

*De menigte die het geloof had aangenomen,
was één van hart en één van ziel
en er was niemand
die iets van zijn bezittingen
zijn eigendom noemde;
integendeel, zij bezaten
alles gemeenschappelijk (Hand. 4,32).*

*possessiones et substantias uendebant,
et diuidebant ea omnibus
prout cuique opus erat.*

*Ze verkochten hun bezittingen en goederen
en verdeelden die onder allen
naar ieders behoefte (Hand. 2,45).*

et iterum:

*neque enim quisquam
egens erat inter illos:
quotquot enim possessores
agrorum aut domorum erant,*

*Er was geen enkele
noodlijdende onder hen,
want allen die
landerijen of huizen bezaten,*

*uendentes adferebant
pretia eorum quae uendebant
et ponebant
ante pedes apostolorum:
diuidebatur autem singulis
prout cuique opus erat.*

*verkochten deze,
brachten de opbrengst mee
en legden die neer
aan de voeten van de apostelen;
aan ieder werd daarvan uitgedeeld
naar zijn behoefte (Hand. 4,34-35).*

2. talis inquam,
erat tunc
omnis ecclesia,
quales nunc
perpaucos
in coenobiis inuenire
difficile est.

Toen, zei ik,
was de hele Kerk
zo,
zoals er nu
met moeite
een klein aantal
te vinden is in de cenobietenkloosters.

sed cum
apostolorum excessu
tepscere coepisset
credentium multitudo,
ea uel maxime
quae
ad fidem Christi
de alienigenis ac diuersis gentibus
confluebat,
a quibus
apostoli
pro ipsis fidei rudimentis
et inueterata gentilitatis consuetudine
nihil amplius expetebant
nisi

Maar
na de dood van de apostelen
begon de menigte gelovigen
te verslappen,
vooral de velen
die
van buiten af, uit allerlei verschillende volken,
tot het geloof in Christus
toestroomden
en van wie
de apostelen,
omwille van hun nog weinig ontwikkeld geloof
en hun ingewortelde heidense gewoonten,
niet meer hadden gevraagd
dan

*ut
ab inmolaticiiis idolorum
et fornicatione
et suffocatis
et sanguine
temperarent,
atque ista libertas
quae
gentibus
propter infirmitatem primae credulitatis
indulta est
etiam illius ecclesiae perfectionem
quae
Hierosolymis consistebat
paulatim
contaminare coepisset,
et crescente cotidie
uel indigenarum
numero
uel aduenarum
primae illius fidei
refrigereret
feruor,
non solum hi
qui
ad fidem Christi confluerant,
uerum etiam illi
qui
erant ecclesiae principes*

*zich te onthouden
van spijzen die aan de afgoden waren geofferd,
van ontucht,
van wat verstikt was
en van bloed (Hand. 15,29).*

Deze vrijheid
die
de heidenchristenen
omwille van de zwakheid van hun nog jonge geloof
werd toegestaan,
begon langzaam
de volmaaktheid van de Kerk

te Jerusalem
aan te tasten
en met het dagelijks groeiend
aantal gelovigen,
uit het jodendom
zowel als uit het heidendom,
verflauwde
de ijver
van dat eerste geloof.
Niet alleen
de christengelovigen
die erbij kwamen,
maar zelfs

de leiders van de Kerk

ab illa districtione
laxati sunt.

3. nonnulli enim,
existimantes id
quod
uidebant
gentibus
pro infirmitate concessum
sibi etiam licitum,
nihil se detrimenti perpeti
crediderunt,
si
cum substantiis ac facultatibus suis
fidem Christi confessionemque
sequerentur.

hi autem
quibus
adhuc
apostolicus inerat
feruor,
memores
illius pristinae perfectionis,
discedentes
a ciuitatibus suis
illorumque consortio,
qui
sibi
uel ecclesiae dei
remissioris uitae neglegentiam
licitam esse
credebant,
in locis suburbanis ac secretioribus
conmanere
et ea,
quae
ab apostolis
per uniuersum corpus ecclesiae
generaliter
meminerant
instituta,
priuatim ac peculiariter
exercere
coeperunt:
atque ita
coaluit
ista quam diximus
discipulorum
qui
se ab illorum contagio
sequestrauerant
disciplina.

4. qui
paulatim tempore procedente
segregati a credentium turbis
ab eo,

lieten de oorspronkelijke gestrengheid
varen.

Er waren er niet weinigen die
wat
de heidenchristenen
om hun zwakheid was toegestaan,
ook voor zich geoorloofd
achtten
en meenden
zich geen enkel nadeel te berokkenen
door
het geloof in Christus
te belijden
met behoud van hun bezit en vermogen.

Zij echter
die
nog
de ijver
uit de dagen van de apostelen bezaten
en die oorspronkelijke volmaaktheid
indachtig bleven,
verlieten
de steden
en de gemeenschap van hen
die
voor zichzelf
of voor Gods Kerk
een nalatig en verslapt leven
geoorloofd
vonden.
Zij vestigden zich
op afgelegen plaatsen in de nabijheid van de steden
en
begonnen
persoonlijk en voor zichzelf
datgene
in praktijk te brengen
waarvan zij wisten
dat de apostelen het
voor de gehele Kerk
in het algemeen
hadden ingesteld.
Zo is
genoemde
levenswijze
tot stand gekomen
van de leerlingen
die
zich van de omgang met de anderen
hebben afgezonderd.

Langzamerhand met het voortgaan van de tijd,
zijn zij
van de grote menigte gelovigen afgescheiden
en

quod a coniugiis abstinerent
 et a parentum se consortio
 mundique istius conuersatione
 secernerent,
 monachi siue monazontev
 a singularis ac solitariae uitae
 districtione
 nominati sunt.

unde consequens fuit
 ut
 ex communione consortii
 coenobiotae
 cellaeque ac diuersoria eorum
 coenobia
 uocarentur.

istud ergo
 solummodo
 fuit
 antiquissimum
 monachorum genus,
 quod
 non solum tempore,
 sed etiam gratia
 primum est
 quodque
 per annos plurimos
 inuiolabile
 usque ad abbatis Pauli uel Antoni
 durauit aetatem:
 cuius
 etiam nunc adhuc
 in districtis coenobiis
 cernimus residere
 uestigia.

VI. DE ANACHORETARUM ORDINE ATQUE PRINCIPIO

De
 hoc perfectorum numero
 et ut ita dixerim
 fecundissima radice sanctorum
 etiam anachoretarum
 post haec
 flores fructusque
 prolati sunt.

cuius professionis principes
 hos quos
 paulo ante commemorauimus,
 sanctum scilicet Paulum uel Antonium,
 nouimus exitisse:
 qui
 non ut quidam
 pusillanimitatis causa
 nec impatientiae morbo,
 sed desiderio

omdat zij zich onthielden van het huwelijk
 en afzagen
 van de gemeenschap van hun familie
 en van het leven van deze wereld,
 heeft men hen
 monniken of monazontev genoemd,
 vanwege hun gestreng
 leven in afzondering en eenzaamheid.

Voorts
 werden zij
 om het gemeenschappelijk leven dat zij gingen leiden,
 cenobieten
 genoemd
 en hun cellen en verblijfplaatsen
 cenobium.

Dit
 was
 in de oudste tijd
 de enige
 soort monniken,
 de eerste
 in tijd
 zowel als in genade.

Vele jaren
 heeft zij onveranderd
 voortbestaan,
 tot aan de dagen van Paulus en Antonius.

Nu nog
 vinden we
 het spoor ervan
 in de vurige cenobietenkloosters.

6. Oorsprong en begin van de anachoreten

Uit
 het getal van deze volmaakten
 zijn, om zo te zeggen,
 als uit een uiterst vruchtbare wortel
 later
 ook de bloemen en de vruchten
 van de heilige anachoreten
 voortgekomen.

Als voorgangers in dit leven
 zijn bekend
 de heilige Paulus en Antonius,
 die ik
 zojuist al noemde.
 Zij hebben
 niet zoals sommigen,
 uit kleinmoedigheid
 of door de ziekte van het ongeduld
 de afzondering van de eenzaamheid

sublimioris profectus
 contemplationisque diuinae
 solitudinis secreta
 sectati sunt,
 licet
 eorum prior
 necessitatis obtentu,
 dum
 tempore persecutionis
 adfinium suorum
 deuitat insidias,
 heremum penetrasse
 dicatur.

2. ita ergo
 processit
 ex illa qua diximus disciplina
 aliud perfectionis genus,
 cuius sectatores
 anachoretae
 id est secessores
 merito nuncupantur,
 eo quod
 nequaquam contenti
 hac uictoria,
 qua
 inter homines
 occultas insidias diaboli
 calcauerunt,
 aperto certamine
 ac manifesto conflictu
 daemonibus congregati
 cupientes
 uastos heremi recessus penetrare
 non timeant,
 ad imitationem scilicet
 Iohannis Baptistae,
 qui
 in heremo
 tota aetate
 permansit,
 Heliae quoque et Helisaei
 atque illorum
 de quibus
 apostolus ita memorat:
*circumierunt
 in melotis et in pellibus caprinis
 angustiati,
 adflicti,
 egentes,
 quibus dignus non erat mundus,
 in solitudinibus errantes
 et montibus
 et speluncis
 et in cauernis terrae.*

3. de quibus etiam
 figuraliter dominus ad Iob:

opgezocht,
 maar uit verlangen
 naar een hogere vooruitgang
 en naar de goddelijke beschouwing;
 al wordt
 van de eerste
 wel gezegd
 dat hij noodgedwongen
 de woestijn is ingetrokken,
 om namelijk,
 tijdens een vervolging,
 aan de lagen van zijn verwanten
 te ontsnappen.

Zo is er dus
 uit de bovengenoemde levenswijze
 een nieuwe vorm van volmaaktheid
 voortgekomen.
 Zij die daarnaar leven,
 worden terecht
 anachoreten genoemd,
 dat is: die zich terugtrekken.

Niet tevreden
 met de overwinning,
 behaald
 te midden van andere mensen,
 op de duistere aanvallen van de duivel,

verlangen zij
 zich in een openlijke strijd,
 in een formeel gevecht,
 met de demonen te meten
 en vrezen niet,
 de eenzame afzondering van de woestijn te zoeken.
 Zij volgen het voorbeeld
 van Joannes de Doper na,
 die
 zijn leven lang
 in de woestijn
 heeft verbleven,
 en van Elia en Elisa,
 en van diegenen
 van wie
 de Apostel zegt:
*Zij zwierven rond
 in schapenvachten en geitenvellen,
 ten prooi aan ontbering,
 verdrukking
 en gebrek.
 Zij waren te goed voor deze wereld,
 doolden rond in woestijnen
 en gebergten
 en verbleven in spelonken
 en holen (Hebr. 11,37-38).*

Over hen ook spreekt de Heer
 in beelden tot Job:

*quis autem est
qui dimisit onagrum liberum,
et uinculi eius resouit?
posui habitaculum eius desertum,
et tabernacula eius salsuginem:
inridens multitudinem ciuitatis,
et querellam exactoris non audiens,
considerabit montes pascuae suae,
et post omne uiride quaerit.*

in Psalmis quoque:

*dicant nunc
qui redempti sunt a domino,
quos redemit
de manu inimici,*

et post pauca:

*errauerunt
in solitudine in inaquoso:
uiam ciuitatis habitaculi
non inuenerunt,
esurientes,
et sitientes:
anima eorum in ipsis defecit.
et clamauerunt ad dominum
cum tribularentur:
et de necessitatibus eorum
liberauit eos.*

4. quos etiam

Hieremias ita describit:

*beatus qui tulit iugum
ab adulescentia sua,
sedebit solitarius
et tacebit,
quia leauit
super se,*

quique

illud Psalmistae

adfectu et opere

concinunt:

*similis factus sum
pellicano solitudinis.
uigilauit,
et factus sum
sicut passer solitarius in tecto.*

VII. DE SARABAITARUM PRINCIPIO ET
CONUERSATIONE

Cumque

his duabus professionibus monachorum
religio Christiana
gauderet,
coepisset autem
in deterius
paulatim
hic quoque ordo

Wie heeft

*de wilde ezel in vrijheid gelaten
en zijn boeien geslaakt?
Ik heb hem de woestijn tot woonplaats gegeven
en de zoutsteppe tot verblijf.
Hij minacht de drukte van de stad,
en het razen van de drijver hoort hij niet;
hij doorzoekt de bergen voor zijn weiden,
en naar al wat groen is, ziet hij uit (Job 39,5-8).*

Voorts in de psalmen:

*Spreken zij nu
die verlost zijn door de Heer,
die Hij verlost heeft
uit de hand van de vijand.*

En even verder:

*Zij doolden rond
in woestijn en dorre wildernis,
zonder de weg naar een woonplaats in de stad
te vinden.
Zij leden honger
en dorst,
en hun leven verkwijnende.
En zij riepen in hun ellende
tot de Heer,
en Hij bevrijdde hen
uit hun nood (Ps. 106,2.4-6).*

En Jeremia

beschrijft hen als volgt:

*Zalig hij die het juk
van zijn jeugd af draagt;
hij zal zitten in de eenzaamheid
en zwijgen:
want hij heeft het
op zich genomen (Klaagl. 3,27-28).*

Door hun gevoelens en door hun leven

zingen zij

dit woord van de psalmist:

*Ik ben geworden
als een pelikaan van de woestijn.
Ik heb gewaakt,
en ben geworden
als een eenzame mus op een dak (Ps. 101,7-8).*

7. Oorsprong en levenswijze van de sarabaiten

De christelijke godsdienst

verheugde zich dus

in deze twee vormen van monniksleven.

Maar

langzamerhand

begon

ook dat

reccidere,
 emersit post haec
 illud deterrimum et infidele monachorum genus
 uel potius
 noxia illa plantatio rediuiua
 concreuit,
 quae
 per Annaniam et Sapphiram
 in exordio ecclesiae
 pullulans
 apostoli Petri seueritate
 succisa est:
 quae
 inter monachos
 tamdiu
 detestabilis
 execrandaque
 iudicata est
 nec a quoquam ulterius
 usurpata,
 quamdiu
 illius tam districtae formido sententiae
 memoriae fidelium inserta
 durauit,
 qua
 beatus apostolus
 praedictos noui facinoris principes
 non paenitentia,
 non ulla
 passus est
 satisfactione
 curari,
 sed
 perniciosissimum germen
 celeri morte
 succidit.

2. illo igitur exemplo,
 quod
 in Annaniam et Sapphiram
 apostolica districtione
 punitum est,
 a nonnullorum contemplatione
 paulatim
 longa incuria
 et temporis oblitteratione
 subtracto
 emersit
 istud Sarabaitarum genus,
 qui ab eo,
 quod
 semet ipsos
 a coenobiorum congregationibus
 sequestrarent
 ac singillatim
 suas curarent necessitates,
 Aegyptiae linguae proprietate
 Sarabaitae
 nuncupati sunt,

achteruit te gaan
 en toen ontstond er
 een slechte en trouweloze soort van monniken,
 of liever,
 de kwaadaardige plant
 die
 met Ananias en Safira
 bij het begin van de Kerk
 was opgekomen
 en door de gestrengheid van de apostel Petrus
 was afgesneden,
 begon te herleven en weer op te schieten.

Steeds
 hebben de monniken haar
 verafschuwd
 en gevloekt,

nooit heeft iemand haar nog
 aangenomen,
 zolang
 de schrik voor deze zo strenge uitspraak
 in het geheugen van de gelovigen
 is blijven leven.

De heilige apostel gaf
 de eerste bedrijvers van deze nieuwe misdaad
 zelfs niet de gelegenheid
 om door enige
 voldoening
 of boete
 genezen te worden:

door een onmiddellijke dood
 heeft hij de uiterst gevaarlijke kiem
 vernietigd.

Maar langzamerhand is
 door een langdurige onachtzaamheid,
 met het verstrijken van de jaren,
 het voorbeeld
 dat
 de apostel
 bij Ananias en Safira
 streng had gestraft,
 uit de gedachten van sommigen
 verdwenen.
 En zo is dat ras van de sarabaieten
 ontstaan,
 zo
 genoemd
 met een Egyptisch woord
 om het feit
 dat zij
 zich
 van de gemeenschap der cenobieten
 afscheiden
 en ieder
 voor hun eigen zaken zorgen.

de illorum quos praediximus numero
 procedentes,
 qui
 euangelicam perfectionem
 simulare potius
 quam in ueritate
 adripere maluerunt,
 aemulatione scilicet
 eorum
 uel laudibus
 prouocati,
 qui
 uniuersis diuitiis mundi
 perfectam Christi
 praeferunt
 nuditatem.

3. hi igitur
 dum
 inbecillo animo
 rem summae uirtutis
 adfectant,
 uel necessitate
 ad hanc professionem uenire
 compulsi
 dum
 censeri tantummodo
 nomine monachorum
 absque ulla studiorum aemulatione
 festinant,
 coenobiorum
 nullatenus expetunt disciplinam
 nec
 seniorum
 subduntur arbitrio
 aut eorum
 traditionibus instituti
 suas discutunt uincere
 uoluntates
 nec
 ullam sanae discretionis
 regulam
 legitima eruditione
 suscipiunt,
 sed
 ad publicam tantummodo
 id est ad hominum faciem
 renuntiantes
 aut
 in suis domiciliis
 sub priuilegio huius nominis
 isdem obstricti occupationibus
 perseuerant,
 aut
 construunt sibi cellulas
 easque monasteria nuncupantes
 suo iure in eis ac libertate
 consistunt,
 nequaquam

Zij stammen af
 van diegenen over wie wij reeds spraken,
 die
 de evangelische volmaaktheid
 liever veinsden
 dan werkelijk
 in praktijk brachten,
 najverig
 en aangetrokken
 door de lof
 van hen
 die
 de volmaakte
 naaktheid van Christus
 boven alle rijkdom van de wereld
 stellen.

Deze sarabaieten dan,
 met geringe moed
 een zaak nastrevend
 die een zeer grote kracht vergt,
 of door noodzaak
 gedwongen
 om het monastieke leven aan te nemen,
 zijn er wel op uit
 om met de naam van monnik
 betiteld te worden,
 maar hebben geen enkele ijver voor het leven ervan.
 Zij verlangen allerminst
 naar de tucht van het kloosterleven,
 zij onderwerpen zich
 niet
 aan de wil van oversten
 en worden
 door geen onderricht gevormd
 om hun eigen wil
 te leren overwinnen.
 Zij kennen
 geen
 wettige opleiding,
 geen regel
 die door een gezond onderscheid is ingegeven.
 Zij verzaken
 slechts uiterlijk,
 dat wil zeggen voor de ogen van de mensen
 en zij wonen
 ofwel in hun eigen huizen,
 waar ze onder het voorrecht van de naam monnik
 met dezelfde zaken
 bezig blijven als tevoren,
 ofwel
 zij bouwen cellen
 die ze kloosters noemen,
 maar waarin ze
 hun eigen heer en meester zijn,
 en ze staan

euangelicis praeceptionibus
 subcumbentes,
 ut
 nulla scilicet cotidiani uictus sollicitudine,
 nullis rei familiaris distentionibus
 occupentur.

niet
 onder de wet van het evangelie,
 om
 zich niet in beslag te laten nemen
 door de zorg voor het dagelijks brood
 of door de last van een vermogen.

4. quod
 illi soli
 absque ulla infideli dubitatione
 consummant,
 qui
 cunctis mundi huius facultatibus
 absoluti
 ita
 se
 coenobiorum praepositis
 subdiderunt,
 ut
 ne sui quidem ipsius
 fateantur esse
 se dominos.

Deze wet
 volbrengen
 alleen zij
 zonder enige ontrouwe weifeling
 die zich
 van alle bezit in deze wereld
 hebben losgemaakt
 en zich
 zó
 aan de kloosteroversten
 hebben onderworpen
 dat zij
 getuigen
 zichzelf niet meer
 toe te behoren.

illi autem
 qui
 distractionem ut diximus coenobii
 declinantes
 bini uel terni
 in cellulis commorantur,
 non contenti
 abbatis cura atque imperio
 gubernari,
 sed hoc praecipue procurantes,
 ut
 absoluti a seniorum iugo
 exercendi uoluntates suas
 ac procedendi
 uel quo placuerit
 euagandi
 agendiue
 quod libitum fuerit
 habeant libertatem,
 etiam amplius
 in operibus diurnis
 quam hi qui in coenobiis degunt
 diebus ac noctibus
 consumuntur,
 sed non
 ea fide
 eodemque proposito.

De sarabaieten
 vluchten
 deze gestrengheid van het cenobietenieven
 en wonen met tweeën of drieën
 in hun cellen;
 zij wensen niet
 bestuurd te worden
 door de zorg en het gezag van een abt:
 integendeel, zij zijn er vooral op uit
 om,
 los van het juk van oversten,
 de vrijheid te hebben
 hun eigen wil te doen,
 te gaan
 en uit te zwerven
 waarheen het hun belijft
 en te doen
 wat hun aanstaat.
 Meer nog
 dan de cenobieten
 putten zij zich uit
 voor het werk,
 dag en nacht,
 maar niet
 met eenzelfde geloof
 en eenzelfde doel.

5. hoc enim
 isti faciunt
 non ut
 fructum sui operis subiciant
 dispensatoris arbitrio,
 sed ut
 adquirant pecunias

Want
 zij doen het
 niet
 om de vrucht ervan aan een econoom
 ter beschikking te stellen,
 maar
 om er geld mee te verdienen

quas recondant.

inter quos
quantum intersit
aduertite.

illi
nihil de crastino cogitantes
gratissimos sudoris sui
deo offerunt
fructus,
isti uero
non solum in crastinum,
sed etiam in multorum annorum spatia
infidelem sollicitudinem
prorogantes
aut mendacem
deum
aut inopem
credant,
qui
promissam
cotidiani uictus
atque indumentorum
sufficientiam
praebere eis
aut non possit
aut nolit.

illi
hoc omnibus expetunt uotis,
ut
akthmosunhn,
id est nuditatem omnium rerum
ac perpetuam possideant
paupertatem,
isti
ut
omnium copiarum affluentiam
consequantur.

6. illi
ob hoc
certatim
statutum transcendere
canonem
diurnis operibus
elaborant,
ut,
quidquid
monasterii sanctis usibus
redundarit,
uel carceribus
uel xenodochio
uel nosocomio
uel indigentibus
pro abbatis
dispensetur
arbitrio,

en dat zelf te houden.

Gaat eens na
hoe groot het verschil
tussen beiden is.

De cenobieten
bieden,
zonder aan de volgende dag te denken,
God de kostelijke vruchten aan
van hun zweet;
de sarabaïeten daarentegen
strekken
hun kleingelovige zorg
niet alleen uit over de volgende dag,
maar over vele jaren;
ze achten
God
òf een leugenaar
òf onbemiddeld,
als
kon Hij
of wilde Hij hun
de beloofde
toereikende maat
van dagelijks voedsel
en van kleding
niet verschaffen.

De cenobieten
verlangen van harte

de akthmustunh,
dat is, van alles ontdaan te zijn,
en een voortdurende
armoede,
de sarabaïeten

streven naar
overvloed van alle goederen.

De eersten
trachten
om strijd
de gestelde maat
van het dagelijkse werk
te overschrijden,
met de bedoeling
om
al wat er
na de heilige behoeften van het klooster
over is,
te besteden
aan gevangenen,
gasthuizen,
ziekenhuizen
of armen,
volgens de beschikking
van de abt;

isti
ut,
quidquid
cotidianae
superfuerit gulae,
aut profusoriae proficiat uoluntati
aut certe filargyriae uitio recondatur.

postremo
ut concedamus
ab istis
quoque haec
quae
non optimo proposito
congeruntur
melius quam diximus
posse distribui,
nec sic quidem
ad meritum
uirtutis illius ac perfectionis
adspirant.

7. illi etenim
tantos monasterio reditus
conferentes
eisque
cotidie
renuntiantes
in tanta subiectionis humilitate
perdurant,
ut
quemadmodum sui,
ita etiam eorum
quae
proprio sudore conquirunt
potestate priuentur,
abrenuntiationis primae feruorem,
dum
cotidie
semet ipsos
laboris sui fructibus
nudant,
iugiter innouantes:
isti autem
in eo ipso
quod
aliquid pauperibus largiuntur
elati
in praeceptis
cotidie
conlabuntur.

illos
patientia atque districtio,
qua
sic deuote
in hac quam semel adriperunt
professione
perdurant,

de laatsten werken
om
wat
voor hun dagelijkse gulzigheid
gespaard blijft,
te gebruiken voor hun lust tot verkwisten
of wel om het in kwaadaardige hebzucht op te potten.

Maar
wij willen toegeven
dat
hetgeen
ze
met minder edele bedoeling
vergaarden,
mogelijk beter besteden
dan wij zeggen.
Doch zelfs dan
evenaren ze
de deugd en de volmaaktheid van de anderen
niet.

Want de cenobieten,
die het klooster zo'n grote inkomsten
bezorgen
en daar
dagelijks
afstand van doen,
volharden
in een grote nederigheid en onderwerping,

zich de beschikking ontzeggend
over zichzelf
zowel als over
wat
ze met hun eigen zweet verdienen:
zo vernieuwen zij voortdurend,
doordat
ze
dagelijks
van de vruchten van hun arbeid
afstand doen,
het vuur van hun eerste verzaking.
De sarabaïeten
verheffen zich
om het feit
dat ze
iets aan de armen geven,
en vallen zo
elke dag
dieper.

Het geduld en de trouw
waarmee
de eersten
zó toegewijd
in de eenmaal aanvaarde
staat
volharden

ut
 numquam
 suas expleant uoluntates,
 crucifixos
 huic mundo
 cotidie
 uiuosque martyras
 facit,
 hos
 arbitrii sui tepor
 ad inferna
 demergit.

8. haec igitur
 duo genera monachorum
 in hac quidem prouincia
 aequali propemodum inter se numerositate
 contendunt.

ceterum
 per alias prouincias,
 quas
 me
 necessitas catholicae fidei
 compulit peragraré,
 istud tertium Sarabaitarum genus
 abundare
 ac prope solam esse
 cognouimus.

temporibus siquidem Luci,
 qui
 Arrianae perfidiae episcopus
 fuit,
 sub Valentis imperio,
 dum
 diaconiam
 nostris fratribus
 deferimus,
 his uidelicet
 qui
 de Aegypto ac Thebaida
 fuerant
 ob catholicae fidei perseuerantiam
 metallis Ponti atque Armeniae
 relegati,
 licet
 coenobiorum disciplinam
 in quibusdam ciuitatibus
 rarissimam
 uiderimus,
 anachoretarum tamen
 ne ipsum quidem apud illos
 nomen
 auditum fuisse
 conperimus.

dat ze
 nooit
 hun eigen wil uitvoeren,
 maakt hen
 alle dagen
 tot gekruisten
 voor deze wereld
 en levende martelaren;
 de laatsten
 doet hun slappe eigenwil
 ten onder gaan
 in de hel.

De eerstgenoemde
 twee soorten monniken
 zijn
 in deze streek
 ten naaste bij even talrijk.

Maar
 in andere streken,
 die
 de behoeften van het katholieke geloof
 mij
 deden bereizen,
 is de derde soort, de sarabaieten,
 overvloedig
 en bijna de enige
 die men ziet.

Ten tijde namelijk van Lucius,
 de trouweloze ariaanse bisschop,
 onder de regering van Valens,
 moesten wij de opbrengst van een collecte
 naar onze broeders
 brengen

die
 om hun standvastigheid in het katholieke geloof
 uit Egypte en Thebaïs
 verbannen
 waren
 naar de mijnen van Pontus en Armenië.

Op deze reis hebben wij
 in enkele steden
 enig cenobietenleven
 gezien,
 maar wat de anachoreten betreft
 hebben we geconstateerd
 dat men zelfs
 de naam daarvan
 nooit had gehoord.

VIII. DE QUARTO GENERE MONACHORUM

Sane est etiam aliud
 quartum genus,
 quod
 nuper
 cernimus emersisse
 in his
 qui
 anachoretarum sibi specie atque imagine
 blandiuntur
 quique
 in primordiis suis
 feruore quodam breui
 coenobii perfectionem
 uidentur expetere,
 sed continuo tepefacti,
 dum
 pristinos mores ac uitia
 resecare
 contemnunt
 nec iugum humilitatis ac patientiae
 diutius sustinere
 contenti sunt
 subdique
 seniorum imperio
 dedignantur,
 separatas expetunt cellas
 ac solitarie sedere desiderant,
 ut
 ita scilicet
 a nemine lacessiti
 patientes,
 mansueti uel humiles
 possint
 ab hominibus aestimari:
 quae institutio,
 immo tepor
 eos quos semel infecerit
 ad perfectionem
 numquam permittit accedere.

2.hoc enim modo
 non solum
 non absciduntur,
 uerum etiam
 in deterius
 eorum uitia
 conualescunt,
 dum
 a nemine prouocata
 ut quoddam letale et intestinum uirus,
 quanto amplius
 celatum fuerit,
 tanto profundius
 serpens
 insanabilem morbum generat
 aegrotanti.

8. Een vierde soort van monniken

Er bestaat nog een andere,
 vierde soort van monniken,
 die wij
 sinds kort
 hebben zien opkomen:
 diegenen namelijk
 die
 zich vleien met de schijn en het uiterlijk
 van kluizenaars.

Bij hun aanvang schijnen zij
 met een zekere ijver van korte duur
 de volmaaktheid van het cenobietenleven
 na te streven;
 doch spoedig worden ze lauw;

zij weigeren
 te breken
 met hun vroegere gewoonten en ondeugden,
 zij wensen niet langer
 het juk van de nederigheid en het geduld
 te dragen,
 zij achten het beneden zich
 om zich aan het gezag van oversten
 te onderwerpen.
 Daarom zoeken zij een aparte kluis
 en verlangen alleen te leven.

Zo kunnen ze,
 door niemand gestoord,
 door de mensen
 geduldig,
 zachtmoedig
 en nederig geacht worden.
 Deze levensvorm,
 of liever deze lauwheid,
 maakt het hun die er eenmaal door zijn aangetast,
 onmogelijk
 ooit tot de volmaaktheid te komen.

Want op die manier
 worden hun ondeugden
 niet alleen
 niet uitgeroeid,
 maar
 ze verergeren
 zelfs
 omdat ze
 door niemand worden uitgedaagd.
 Ze zijn als een dodelijk inwendig vergif,
 dat hoe meer
 verborgen het is,
 des te dieper
 doordringt
 en de ongeneeslijke ziekte verwekt.

pro reuerentia enim singularis cellae
nullus iam
uitia solitarii
audet arguere,
quae
ille ignorari maluit
quam curari.

porro uirtutes
non occultatione uitiorum,
sed expugnatione
pariuntur.

VIII. INTERROGATIO, QUID SIT INTER COENOBIMUM ET
MONASTERIUM

GERMANUS:
Estne aliqua
inter coenobium monasteriumque
distantia,
an utroque nomine
res una censetur?

X. RESPONSIO

PIAMUN:
Licet
a nonnullis soleant
indifferenter
monasteria pro coenobiis
appellari,
tamen hoc interest,
quod
monasterium
nomen est diuersorii,
nihil amplius quam locum,
id est habitaculum
significans monachorum,
coenobium uero
etiam professionis ipsius
qualitatem disciplinamque
designat.

et monasterium potest etiam
unius monachi habitatio
nominari,
coenobium,
nisi ubi
plurimorum cohabitantium
deget unita communitio,
non potest appellari.

dicuntur sane monasteria
etiam in quibus
Sarabaitarum collegia
conmorantur.

Uit eerbied voor zijn kluis
durft men de kluisenaar
zijn ondeugden
niet te verwijten,
welke
deze liever negeert
dan geneest.

Virtues, however,
are begotten
not by hiding one's vices
but by fighting them.

9. Een vraag over het verschil tussen een cenobium en
een munster

GERMANUS:
bestaat er enig
verschil
tussen een cenobium en een munster,
of wordt met beide namen
hetzelfde aangeduid?

10. Antwoord

PIAMUN:
Sommigen
spreken
zonder onderscheid
over munster of over cenobium,
maar toch is er dit verschil,
dat
munster, monasterium,
de naam is voor het huis,
die niets meer aanduidt
dan een woning,
een verblijfplaats van monniken,
terwijl cenobium, cenobietenverblijf,
bovendien de aard van de instelling
en de manier van leven
aangeeft.

Een munster kan ook
de woning van één enkele monnik
zijn;
van een cenobium daarentegen
kan men niet spreken
dan waar
een gemeenschap verblijft
van meerdere personen.

Voorts worden
ook de huizen waarin
een groep sarabaiten leeft,
munster genoemd.

XI. DE HUMILITATE UERA ET QUOMODO FALSAM
CUIUSDAM HUMILITATEM PRODIDERIT ABBAS
SARAPION

Quamobrem
quoniam
de optimo genere monachorum
uideo
uos
professionis huius
arripuisse
principia,
id est
de laudabili coenobiorum palaestra
ad excelsa fastigia
anachoreticae
tendere
disciplinae,
humilitatis patientiaeque uirtutem,
quam
uos illic didicisse
non dubito,
uero
sectamini
cordis adfectu,
non eam
sicut quidam
falsa humiliatione uerborum
nec
adfectata atque superflua
in quibusdam officiis
corporis inclinatione
fingentes.

2. quod humilitatis figmentum
abbas Sarapion
quodam tempore
elegantius inrisit.

cum enim
quidam
ad eum
summam sui abiectiōnem
habitu ac uerbis
praeferebat
aduenisset
eumque
senex
secundum morem
ut orationem colligeret
hortaretur,
ille
nequaquam adueniens
deprecanti
tantis
se subiciens
adserebat
flagitiis
inuolutum,

11. *De ware nederigheid. Hoe abt Sarapion iemands
valse nederigheid aan het licht bracht*

Omdat
ik zie
dat u
van een uitstekend monnikenleven bent uitgegaan
om u hier de beginselen
van onze staat
eigen te komen maken,
ik bedoel
dat u vanuit de lofwaardige school van de cenobieten
naar de hoge toppen
van het kluizenaars-
leven
streeft:
legt u
oprecht,
van harte toe
op de deugd van nederigheid en geduld,
die u
ongetwijfeld
in uw cenobietenleven hebt geleerd,
en beoefent haar niet slechts
in schijn
zoals sommigen,
door u gehuicheld te vernederen met woorden
of
met plichtplegingen
en gezochte en overdreven
buigingen van het lichaam.

Abt Sarapion
heeft eens
zo'n voorgewende nederigheid
prachtig aan de kaak gesteld.

Op zekere dag
kwam er iemand
bij hem
op bezoek,
die in woorden en gebaren
de grootste zelfvernedering
tot uitdrukking bracht.
Toen de grijsaard
als naar gewoonte
hem
verzocht
te willen voorbidden,
nam hij
dat niet aan;
en toen de ander aandrong,
noemde hij
zich
zozeer
met misdaden
bedekt

ut
 ne usum quidem
 huius communis aëris
 capere mereretur,
 psiathii quoque ipsius
 refugiens
 sessionem
 humi potius insidebat.

3. cum uero
 ad ablutionem pedum
 multo minus
 praebuisset adsensum,
 tum
 abbas Sarapion
 refectioe transacta
 conlationis consuetudine prouocante
 monere eum
 benigne ac leniter
 coepit,
 ne
 otiosus ac uagus,
 praesertim iuuenis tam robustus,
 instabili leuitate
 per uniuersa
 discurreret,
 sed ut
 in cella sedens
 secundum regulam seniorum
 suo potius opere
 quam aliena
 mallet
 munificentia
 sustentari.

quod
 ne
 apostolus Paulus
 incideret
 et quidem
 cum
 ei
 in euangelio laboranti
 haec praebitio
 merito
 deberetur,
 diebus tamen ac noctibus
 maluit operari,
 ut
 cotidianum uictum
 uel sibi
 uel his
 qui
 eidem ministrantes
 opus exercere
 non poterant
 suis manibus
 praepararet.

dat hij
 zelfs de lucht
 niet waardig was
 die hij inademde.
 Hij weigerde ook
 op een matje
 te gaan zitten:
 de grond was goed genoeg voor hem.

Nog minder
 stemde hij ermee in
 dat men hem de voeten waste.

Na de maaltijd
 begon
 abt Sarapion,
 in zijn gebruikelijke conferentie,
 hem welwillend en met zachtheid
 te vermanen,
 dat hij niet
 ledig en ongeregeld
 overall
 moest rondzwerven
 in ongestadigheid,
 vooral omdat hij jong en sterk was.
 Hij moest
 liever
 in zijn cel blijven
 en volgens de regel van de Ouden
 veeleer van zijn eigen werk
 leven
 dan van andermans
 vrijgevigheid.

De apostel Paulus
 had niet
 in die situatie
 willen leven.

Ofschoon
 hij toch,
 als werker voor het evangelie,
 een recht
 had kunnen laten gelden
 om in zijn onderhoud voorzien te worden,
 had hij liever
 dag en nacht gewerkt
 om
 met zijn eigen handen
 het dagelijks brood
 te verdienen
 voor zichzelf
 en voor hen
 die
 hem hielpen in zijn dienst
 en daarom geen gelegenheid hadden
 om een vak uit te oefenen.

4. ad haec
 ille
 tanta est
 tristitia ac dolore
 suppletus,
 ut
 amaritudinem
 corde conceptam
 ne uultu quidem dissimulare
 potuerit.

cui
 senex:
 hactenus,
 inquit,
 o fili,
 cunctis te facinorum ponderibus
 onerabas,
 non metuens
 ne
 confessione
 tam atrocium criminum
 notam existimationis
 incurreres:

quid
 quaeso
 nunc est,
 quod
 ad simplicem admonitiunculam nostram,
 quae
 tamen in se
 non modo nullum obprobrium,
 sed etiam
 aedificationis habuit ac dilectionis
 adfectum,
 tanta
 te uideo
 indignatione
 permotum,
 ut
 eam
 ne uultu quidem occultare
 aut frontis serenitate dissimulare
 potueris?

an fortasse
 illam
 dum te humilias
 expectabas a nostro ore
 sententiam:
iustus
accusator sui est
in primordio sermonis?

5. proinde est
 uera cordis humilitas
 retinenda,
 quae

Deze woorden
 maakten
 de ander
 zo
 mismoedig en bedroefd
 dat hij
 er niet in slaagde
 de bitterheid
 van zijn hart
 op zijn gelaat te verbergen.

Waarop de oude man
 hem
 zei:
 Zojuist
 hebt ge u beladen,
 mijn zoon,
 met alle misdaden,
 zonder vrees
 dat ge
 door de belijdenis
 van een zo verschrikkelijke schuld
 de minachting van anderen
 zou oplopen.

Wat
 is er dan nu,
 vraag ik me af,
 dat ik
 u
 bij mijn eenvoudige kleine vermaning,
 die
 niets smadelijks had
 doch
 integendeel slechts
 bedoelde te stichten
 en geheel uit liefde voortkwam,
 zó
 verontwaardigd
 zie
 dat ge
 er zelfs niet in slaagt
 daar geen blijk van te geven
 en uw misnoegen
 te verbergen onder een vreedzaam gelaat?

Of
 verwachtte u misschien,
 toen ge u vernederde,
 uit onze mond
 de spreuk:
De rechtvaardige
beschuldigt zichzelf
bij de aanvang van zijn woorden? (Spr. 18,17
 LXX).

Bewaart
 dus
 de ware nederigheid van hart,
 die

non de affectata
 corporis atque uerborum,
 sed de intima
 mentis
 humiliatione
 descendit:
 quae
 tunc demum
 euidentissimis
 patientiae suae
 fulgebit
 indiciis,
 cum
 quis
 non ipse de se crimina
 aliis non credenda
 iactauerit,
 sed ab alio
 sibimet adroganter ingesta
 contempserit
 et inrogatas sibi iniurias
 mansueta spiritus aequanimitate
 tolerarit.

niet
 voortkomt
 uit een gekunstelde vernedering
 met woorden en met het lichaam,
 maar uit de echte
 van de geest.
 Ze
 zal schitteren
 door uw geduld,
 het klaarste
 bewijs,
 en niet
 doordat
 u
 misdaden van uzelf
 verkondigt
 die niemand geloven zal,
 maar doordat u datgene wat een ander
 zich aanmatigt u aan te doen,
 gering acht
 en beledigingen die men u toevoegt,
 zachtmoedig en kalm
 verdraagt.

XII. INTERROGATIO, QUEMADMODUM UERA PATIENTIA
 POSSIT ADQUIRI

12. *Vraag: hoe men het ware geduld kan verwerven*

GERMANUS:
 Quemadmodum
 acquiri uel retentari possit
 ista tranquillitas
 optamus agnoscere,
 ut,
 sicut
 indicto nobis silentio
 oris claustra praecludimus
 uerborumque licentiam coercemus,
 ita
 etiam cordis lenitatem custodire
 possimus,
 quod
 nonnumquam
 etiam cum lingua refrenatur,
 intrinsecus tamen
 statum suae placiditatis
 amittit:
 et idcirco
 mansuetudinis bonum
 non alias tenere
 quempiam posse
 nisi
 remotione cellae
 ac solitario
 putamus
 habitaculo.

GERMANUS:
 wij zouden graag weten
 hoe men
 deze kalmte
 kan verwerven en behouden.
 Zoals we
 ons het zwijgen opleggen
 en onze mond gesloten houden,
 zoals we onze vrijheid van woorden beteugelen,
 zo
 verlangen we
 ook de zachtmoedigheid van ons hart te bewaren.
 Want
 soms
 verliest men
 inwendig
 die staat van vreedzaamheid
 ondanks dat men zijn tong beheerst.
 En daarom
 achten wij het dan
 onmogelijk
 het goed van de zachtmoedigheid
 te bewaren
 tenzij
 door in een afgelegen cel,
 in een eenzame
 kluis te leven.

XIII. RESPONSIO

PIAMUN:

Patientia uera atque tranquillitas
absque profunda cordis humilitate
nec adquiretur
nec tenetur:

quae
si
de hoc fonte
descenderit,
nec beneficio cellae
nec perfugio solitudinis
indigebit.

non enim
patrocinium cuiusquam rei
extrinsecus
quaerit,
quae
humilitatis,
id est
generatricis atque custodis suae
intrinsicus
uirtute
fulcitur.

ceterum
si
mouemur
ab aliquo lacessiti,
certum est
non esse in nobis
humilitatis fundamenta
firmiter stabilia,
et ideo
ad incursum uel exiguae tempestatis
aedificium nostrum
ruinosa commotione
concutitur.

non enim
esset laudabilis
nec admiranda
patientia,
si
nullis inimicorum iaculis
inpetita
tranquillitatis propositum
retentaret,
sed in eo
est praeclara atque gloriosa,
quod
inruentibus in se temptationum procellis
immobilis perseuerat.

2. nam
in quo

13. Antwoord

PIAMUN:

Het echte geduld, de ware kalmte,
kan men zonder diepe nederigheid van hart
niet verwerven
noch bewaren.

En als
het
uit deze bron
voortvloeit,
dan heeft het de hulp van een cel
en de toevlucht tot de eenzaamheid
niet nodig.

Hoe zou het
de bescherming van iets
uitwendigs
zoeken,
terwijl het
inwendig
geschraagd wordt
door
de nederigheid,
die er
de oorsprong en de beschermster van is!

Overigens,
als wij
ons opwinden
zodra we door iemand geprikkeld worden,
dan is het zeker
dat het fundament van de nederigheid
niet stevig
in ons vastligt,
en daarom
wankelt
ons huis
bij de minste storm
als een bouwval.

Het geduld
zou geen
lof
of bewondering waard zijn
als het
zijn kalmte
bewaarde
zonder door enig vijandelijk wapen
te zijn aangevallen:
het is pas
edel en roemrijk
als het
onder de beukende stormen der beproeving
onbeweeglijk standhoudt.

Want

uexari frangique
 aduersitatibus
 creditur,
 in eo
 potius roboratur,
 et in eo
 magis acuitur,
 in quo
 putatur
 obtundi.

a passionibus enim ac sustentatione
 patientiam dici
 nullus ignorat,
 ideoque constat
 patientem pronuntiar
 neminem posse
 nisi eum,
 qui
 uniuersa quae sibi fuerint inrogata
 absque indignatione
 tolerarit.

et ideo
 non inmerito
 a Salomone laudatur:

*melior
 patiens forte,
 et qui continet iram
 capiente urbem,*

et iterum:

*longanimus enim uir
 nimius in prudentia,
 pusillanimus autem
 ualde insipiens est.*

3. cum ergo
 quis
 uictus iniuria
 iracundiae igne
 succenditur,
 non
 causa peccati eius
 acerbitas inlatae contumeliae
 extitisse
 credenda est,
 sed potius
 manifestatio infirmitatis occultae,
 secundum illam parabolam domini saluatoris
 quam
 de duabus domibus
 ponit,
 una
 quae fundata erat
 super petram
 et alia
 quae
 super harenam,
 quibus

de tegenslag,
 waardoor
 men denkt
 dat het geschokt en gebroken zal worden,
 versterkt het juist,
 en de dingen
 waarvan
 men verwacht
 dat ze het af zullen stompen,
 maken het nog scherper.

Iedereen weet
 dat geduld afkomstig is
 van dulden, verduren.
 Daaruit volgt
 dat alleen diegene
 geduldig genoemd
 kan worden
 die
 alles wat men hem aandoet,
 zonder opstand
 verdraagt.

En daarom
 wordt hij niet ten onrechte
 door Salomon geloofd:

*De geduldige is beter
 dan de sterke,
 en wie zijn toorn beheerst overtreft hem
 die een stad veroverft (Spr. 16,32).*

En eveneens:

*Een lankmoedig man
 is rijk aan doorzicht,
 de kleinmoedige
 stapelt dwaasheden op (Spr. 14,29).*

Als dus
 iemand
 voor een belediging bezwijkt
 en in toorn
 ontbrandt,
 moet men niet
 menen
 dat de oorzaak van zijn zonde
 in de scherpte van de belediging
 is gelegen:
 het is veeleer
 een blijk van een verborgen zwakheid,
 zoals in de gelijkenis van onze Heer en Verlosser

over de twee huizen,

het ene
 dat op de rots
 gebouwd was
 en het andere

op het zand.
 De regens, de stromen en de stormen

aequaliter
dicit
pluuiarum ac fluminum uel tempestatum turbines
inruisse:
sed illam
quae
in petrae soliditate
fundata
nihil penitus detrimenti
ex illa tam uiolenta conlisione
sensisse,
quae uero
in harenarum pendula mobilitate
constructa est
statim
fuisse conlapsam.

quam
utique apparet
non propterea conruisse,
quia
imbrium uel torrentum inundatione
pulsata,
sed quia
super harenam
inprudenter
extracta est.

4. non enim in hoc
differt a peccatore
uir sanctus,
quia
non similiter et ipse
temptetur,
sed quia
hic
etiam magna inpugnatione
non uincitur,
ille autem
etiam parua temptatione
superatur.
neque enim esset
ut diximus
iusti alicuius uiri
laudabilis fortitudo,
si
uinceret intemptatus,
cum
utique locum uictoria habere
non possit
absque aduersitate certaminum.

beatus
enim
uir qui suffert temptationem,
quia cum probatus fuerit
accipiet coronam uitae,
quam repromisit deus
diligentibus se.

stortten zich
gelijkelijk
op beide huizen.
Het huis
dat
stevig op de rots
gebouwd was,
leed
niet de minste schade
van dit woeste beuken,
maar het huis dat
op het onbestendige losse zand
was opgetrokken,
stortte
onmiddellijk in.

Het is duidelijk
dat het
niet instortte
omdat het
geteisterd werd
door de regens en de stormen,
maar omdat het
onverstandig
op het zand
gebouwd was.

Een heilige
verschilt niet
van een zondaar
door het feit dat hij
niet evenzeer
beproeft zou worden,
maar doordat
hij
zich zelfs door de hevigste aanvechting
niet laat overwinnen,
terwijl de zondaar
bij de minste beproeving
bezwijkt.
De sterkte
van een rechtvaardige,
zoals wij al zeiden,
zou onze lof niet waard zijn
als hij
zonder beproeving overwon,
want
er kan
geen sprake zijn van overwinning
zonder dat er strijd of tegenstand is geweest.

Want
zalig
de man die standhoudt in de beproeving,
want als hij de toets heeft doorstaan,
zal hij de zegekrans van het leven ontvangen,
die God beloofd heeft
aan wie Hem liefhebben (Jak. 1,12).

5. secundum apostolum quoque Paulum
uirtus
 non in otio atque deliciis,
 sed in infirmitate
 perficitur.

ecce enim,
 inquit,
dedi te hodie
in ciuitatem munitam,
et in columnam ferream,
et in murum aereum,
super omnem terram,
regibus Iuda,
et principibus eius,
et sacerdotibus eius,
et omni populo terrae.
et bellabunt aduersum te,
et non praeualebunt:
quia
ego tecum sum,
ait dominus,
ut eruam te.

En eveneens de apostel Paulus:
 Niet in ledigheid en genoegens,
 maar in zwakheid
 komt de kracht
 tot haar recht (2 Kor. 12,9).

Want zie,
 zo staat er geschreven,
Ik maak thans
een vesting van u,
een ijzeren zuil
en een bronzen muur
over het hele land,
tegen de koningen
en vorsten van Juda,
tegen zijn priesters
en het volk van het land.
Ze zullen strijd tegen u voeren,
maar u niets kunnen doen.
Want
Ik ben met u,
zegt de Heer,
om u te bevrijden (Jer. 1,18-19).

XIII. DE EXEMPLE PATIENTIAE CUIUSDAM RELIGIOSAE FEMINAE

Huius ergo patientiae
 uolo uobis
 duo saltim exempla
 proponere:

unum
 religiosae cuiusdam feminae,
 quae
 patientiae uirtutem
 tanta auiditate
 sectata est,
 ut
 non solum
 temptationum
 non uitaret
 incursus,
 sed etiam
 occasiones molestiarum
 sibimet procuraret,
 quibus
 frequentius instigata
 non cederet.

haec namque
 cum
 Alexandriae conmaneret
 essetque
 non obscuris orta maioribus
 atque in domo
 quae
 sibi fuerat a parentibus derelicta

14. Het voorbeeld van geduld van een godgewijde vrouw

Van dit geduld
 wil ik u
 minstens twee voorbeelden
 geven.

Het eerste is dat
 van een godgewijde vrouw,
 die
 de deugd van geduld
 met zo'n begerigheid
 najoeg
 dat ze
 niet alleen
 de schok
 van de bekoring
 niet ontweek,
 doch er zelfs
 op uit was,
 dat haar onaangenaamheden overkwamen,
 om zo te leren er
 niet voor te wijken,
 hoe vaak ze er ook door beproefd werd.

Zij
 woonde in Alexandrië
 en was
 van niet geringe afkomst.
 Ze diende de Heer
 met toewijding
 in het huis

religiose
 domino deseruiet,
 ueniens
 ad beatae memoriae episcopum Athanasium
 precabatur,
 ut
 aliquam sibi
 alendam uiduam
 daret,
 quae
 ecclesiasticis sumptibus
 pascebatur.

2. et ut
 petitionem eius
 uerbis ipsius
 exprimamus,
 da mihi,
 inquit,
 aliquam de sororibus
 quam repausem.

pontifex ergo
 cum
 laudasset
 propositum feminae,
 quod
 eam
 ad opus misericordiae
 uidisset
 esse promptissimam,
 iussit
 ex omnibus eligi
 uiduam
 quae
 et honestate morum
 et grauitate ac disciplina
 omnibus praeferretur,
 ne forte
 desiderium largitatis
 percipientis uitio
 uinceretur
 et
 quae
 mercedem quaereret in egena,
 prauis eius offensa moribus
 damnum fidei
 pateretur.

3. cui
 cum
 domum abductae
 omnibus deseruiet obsequiis,
 uirtutem modestiae eius ac lenitatis
 experta
 uidensque
 se ab ipsa
 momentis singulis

dat
 haar ouders haar hadden nagelaten.
 Eens kwam zij
 bij bisschop Athanasius zaliger gedachtenis
 en vroeg hem,

haar een weduwe
 te geven
 die
 op kosten van de Kerk
 onderhouden werd,
 opdat zij die zou verzorgen,

en om
 haar verzoek
 met haar eigen woorden
 uit te drukken:
 Geef mij,
 zo zei ze,
 een van de zusters
 om voor haar te zorgen.

Toen
 de bisschop
 haar
 zo bereid
 zag
 voor een werk van barmhartigheid,
 prees hij
 haar plan,
 en
 hij gaf order
 dat men uit alle
 een weduwe zou kiezen
 die zich
 door de eerbaarheid van haar zeden,
 haar ernst en haar gedrag
 van alle onderscheidde.
 Het verlangen om wel te doen
 moest niet
 gebroken worden
 door de ondeugd van haar die de weldaad ontving.
 Zij die
 de beloning zocht door het onderhoud van een arme,
 moest geen
 schade aan haar geloof
 lijden,
 gekwetst door het slechte gedrag van de ander.

Zij nam dan
 de weduwe
 mee naar haar huis
 en diende haar met de grootst mogelijke toewijding.
 Maar toen zij de bescheidenheid en zachtmoedigheid
 van haar gast leerde kennen
 en
 telkens weer

gratiarum actione
 pro officio humanitatis
 honorari,
 post dies paucos
 ad memoratum reuersa pontificem,
 rogaueram,
 inquit,
 ut
 mihi dari praeciperes
 quam ego
 reficerem
 et cui
 morigeris famularer
 obsequiis.

cumque ille
 necdum
 propositum feminae ac desiderium
 intellegens
 aestimasset
 petitionem eius
 dissimulatione praepositi
 fuisse neglectam,
 causasque morae illius
 non absque animi sui commotione
 perquirens
 protinus agnouisset
 honestiorem ei ceteris uiduam
 deputatam,
 occulte praecepit
 ut
 ea illi
 quae esset cunctis nequior
 traderetur,
 quae scilicet
 uel iracundia
 uel rixis
 uel uinolentia seu uerbositate
 cunctas
 quibus haec uitia dominarentur
 excederet.

4. quam
 cum
 multo facilius inuentam
 sibi traditam
 domi habere coepisset
 atque
 eadem ei
 diligentia
 qua priori illi uiduae
 uel etiam studiosius
 ministraret,
 hoc solum
 ab ea
 pro tantis obsequiis
 recipiebat
 gratiae,
 ut

met dankbetuigingen
 werd geëerd
 voor de bewezen liefdediensten,
 ging ze na enkele dagen
 opnieuw naar de bisschop
 en sprak aldus:
 Ik had u gevraagd
 dat u
 mij een persoon zou laten geven
 die ik
 zou verzorgen
 en aan wie ik
 mijn nederige diensten
 zou kunnen aanbieden.

De bisschop
 begreep
 nog niet onmiddellijk
 de bedoeling en het verlangen van de vrouw
 en meende dat
 de verantwoordelijke persoon in kwestie verzuimd
 had aan haar verzoek
 te voldoen.
 Niet zonder enige verstoordheid
 deed hij navraag
 naar de redenen van dit uitstel
 en hij vernam
 dat men haar de meest achtenswaardige weduwe
 gezonden had die men kende.
 Toen gaf hij in stilte opdracht,
 om
 haar
 de slechtste van allen
 te zenden,
 opvliëgend,
 twistziek,
 drankzuchtig, praatziek,
 die het
 in deze ondeugden
 won
 van alle andere.

Deze
 vond men gemakkelijker dan de eerste.
 Men vertrouwde haar aan de vrouw toe:
 deze nam haar op in haar huis
 en
 diende
 haar met dezelfde
 ijver
 als de vorige weduwe,
 of zelfs nog ijveriger.
 Als enige
 dank
 voor zo'n toewijding
 ontving ze

indignis
iugiter adficeretur
iniuriis,
conuiciis quoque
ab ea
exprobrationibusque continuis
uexaretur,
obiciente ei
et maledicis obtreccationibus
increpante,
eo quod
eam
non ad refrigerium,
sed potius ad cruciatum et contumeliam
ab episcopo
poposcisset
magisque se
de requie ad laborem
quam
de labore transtulisset ad requiem.

cum ergo
adsiduitas iurgiorum
eo usque prorumperet,
ut
ne ab obiectione quidem manuum
procax mulier
temperaret,
illa autem
humilioris obsequii
geminaret officia,
non
furentem uincere
renitendo,
sed
semet ipsam humiliter subiciendo
discebat,
ut
multimodis indignitatibus
laccessita
iurgantis insaniam
humanitatis mansuetudine
deleniret.

5. quibus
ad plenum
exercitiis
confirmata
perfectamque uirtutem
desideratae patientiae
consecuta
ad memoratum pontificem
tam pro electionis illius iudicio
quam etiam pro beneficio
exercitationis suae
gratias ei relatura
perrexit,
eo quod
secundum desiderium suum

voortdurend
onwaardige
beledigingen,
werd zij

aanhoudend beschimpt
en uitgescholden.
Haar gast verweet haar
en snauwde haar
onder verwensingen toe
dat zij
haar
aan de bisschop
gevraagd had
niet om haar wèl te doen,
maar om haar te kwellen en te grieven,
en dat zij haar eerder
van de rust tot de ellende gebracht had
dan
omgekeerd.

En
het bleef niet
bij beledigingen:

de feeks
werd zelfs
handtastelijk.
Haar gastvrouw echter
verdubbelde haar diensten
en haar onderdanigheid.
Zo leerde zij
de razende vrouw overwinnen,
niet
door weerstand te bieden,
maar
door zich met nog groter nederigheid te onderwerpen;

met allerlei grofheden
overladen,
trachtte zij de razernij van de scheldende vrouw
door zachtmoedigheid en vriendelijkheid
te kalmeren.

Toen zij
door deze oefening
volkomen
sterk geworden was
en zich het begeerde geduld
volledig
had eigen gemaakt,
ging zij opnieuw
naar de bisschop,
om hem te danken
voor zijn oordeelkundige keus
en voor de weldadige oefening
die ze daardoor gekregen had.

Nu had hij haar

tandem
 magistram ei patientiae dignissimam
 prouidisset,
 cuius
 iniuriis iugibus
 ut quodam palaestrae oleo
 cotidie roborata
 ad summam animi patientiam
 perueniret,
 tandem,
 inquiens,
 dedisti mihi
 quam repausem,
 nam
 illa prior
 suis
 me potius honorabat ac refrigerabat
 obsequiis.

haec
 de sexu muliebri dixisse
 sufficiat,
 ut
 commemoratione hac
 non solum aedificemur,
 uerum etiam confundamur,
 qui
 patientiam nostram,
 nisi
 fuerimus
 in morem ferarum
 retrusi
 in caueis cellarum,
 tenere non possumus.

XV. DE EXEMPLO PATIENTIAE ABBATIS PAFNUTI

Nunc aliud
 abbatis Pafnuti
 pandamus
 exemplum,
 qui
 in
 illius
 insignis et ubique praedicabilis
 Scitioticae heremi
 in qua nunc presbyter est
 secretis
 tanto studio
 semper insedit,
 ut
 ei
 ceteri anachoretae
 Bubali cognomen
 indiderint,
 eo quod
 ingenito ut ita dixerim
 desiderio solitudinis

een echte lerares in het geduld
 bezorgd
 zoals zij verlangd had,
 door wier
 voortdurende beledigingen
 zij dagelijks was gesterkt,
 zoals de worstelaars door de olie,
 zodat zij nu tot het hoogste innerlijke geduld
 was gekomen.
 Nu hebt u mij
 eindelijk iemand gegeven,
 zo sprak ze,
 voor wie ik kan zorgen;
 want
 de eerste
 verkwikte en eerde mij veeleer.

Dit
 zij voldoende gezegd
 over het vrouwelijke geslacht.

Dit verhaal is voldoende
 niet alleen om ons te stichten,
 maar om ons te beschamen,
 ons
 die het geduld
 niet kunnen bewaren,
 tenzij

geheel afgezonderd
 in onze cellen,
 gelijk wilde dieren in hun kooi.

15. *Het voorbeeld van geduld van abt Pafnutius*

Ik zal u nu
 het tweede voorbeeld
 verhalen,
 van abt Pafnutius.
 Deze
 woont nog altijd
 in de
 bekende, overal beroemde
 woestijn van Scetis,
 waar hij nu priester is.

Hij heeft zich zo op de afzondering toegelegd,

dat
 de andere kluizenaars
 hem
 de bijnaam 'de buffel'
 gegeven hebben,
 omdat hij
 met een als het ware aangeboren
 verlangen

semper
habitatione
gauderet.

2. itaque
cum
tantae
in pueritia esset
uirtutis ac gratiae,
ut
etiam praeclari ac summi id temporis uiri
grauitatem eius
et immobilem constantiam
mirarentur
eumque,
licet minor esset aetate,
pro uirtutum tamen merito
senioribus exaequant
suoque ordini
ducerent inserendum,
liuor ille
qui
aduersus Ioseph patriarcham
fraternos quondam animos
instigauit,
quendam de numero fratrum
edacis zeli igne
succendit:
qui
naeue quodam ac macula
pulchritudinem eius
cupiens deformare
hoc genus malignitatis
excogitat,
ut
oportunitatem temporis
captaret,
quo
Pafnutius
ad ecclesiam
die dominica
processurus
abesset a cella.

3. in quam
furtim intruens
codicem suum
inter eius plectas,
quas
de palmarum foliis
solebat intexere,
latenter abscondit,
ac de concinnata factione
securus
ipse quoque
uelut purae ac simplicis conscientiae
ad ecclesiam uenit.

altijd
zijn genoegen vond
in het wonen in de eenzaamheid.

Vanaf zijn jonge jaren was hij
bijzonder
deugdzaam en begenadigd.

De beroemdste en volmaaktste Vaders van die tijd
bewonderden
zijn ernst
en zijn onwrikbare standvastigheid,
en
ondanks zijn jeugdige leeftijd
stelden zij hem gelijk met de ouderen,
om de verdienste van zijn deugd,
en oordeelden zij hem waardig,
in hun rijen opgenomen te worden.
Toen ontstak
dezelfde afgunst
die eens
tegen de patriarch Josef
de harten van zijn broeders
had opgezet,
één van de broeders
in een verterend vuur.

Vol verlangen
om deze schoonheid
te besmetten en besmeuren,
bedacht hij
een boosaardige list.

Op een gunstig ogenblik –
een zondag
op het moment dat
Pafnutius
zijn cel verlaten had
om naar de kerk
te gaan –

drong hij er
heimelijk binnen
en verborg er
zijn boek
tussen de palmbladervlechten
die Pafnutius
aan het maken was;

daarna kwam hij ook zelf,
zeker
van zijn goed opgezette list,
naar de kerk,
als met een rein en onschuldig geweten.

cumque
 celebrata
 omnis
 fuisset ex more
 sollemnitas,
 querellam
 sancto Isidoro,
 qui
 ante hunc eundem Pafnutium
 eiusdem heremi presbyter fuit,
 coram cunctis fratribus
 detulit,
 adserens
 sibi codicem
 de cella
 furto fuisse sublatum.

4. quae
 cum
 eius querimonia
 ita
 cunctorum fratrum
 praecipueque presbyteri
 animos
 permouisset,
 ut
 quid primum suspicarentur
 quidue decernerent
 non haberent,
 summa
 cunctis admiratione percussis
 de
 tam inauditi illic facinoris
 nouitate,
 quippe quod
 nec ante illud tempus
 factum
 in illa heremo
 quis meminerat
 nec post
 aliquando commissum
 est,
 ille
 qui rem detulerat accusator
 urgebat,
 ut
 retentis in ecclesia omnibus
 missi electi
 quique
 cunctorum singillatim fratrum
 cellulas
 scrutarentur.

quod
 cum
 tribus senioribus
 a presbytero
 fuisset iniunctum,
 uniuersorum cubilia reuoluentes

Toen
 de plechtigheid
 als naar gewoonte
 gevierd was,
 richtte hij
 in tegenwoordigheid van alle broeders
 tot de heilige Isidorus,
 die
 vóór Pafnutius
 priester was van de genoemde woestijn,
 de aanklacht
 dat iemand
 zijn boek
 gestolen had
 uit zijn cel.

Deze
 beschuldiging
 maakte
 alle broeders
 en vooral de priester
 zozeer
 van streek,
 dat zij
 niet wisten
 wat ervan te denken
 of welke maatregelen te treffen.
 Allen
 waren verstomd van verbazing
 over
 deze ongehoorde,
 nieuwe misdaad.
 Niemand kon zich herinneren
 dat ooit zo iets
 in die woestijn
 was voorgevallen
 en ook nadien
 is het
 nooit meer gebeurd.
 Toen drong hij
 die de beschuldiging had uitgebracht,
 erop aan
 dat
 allen in de kerk zouden blijven
 en dat men enkele broeders zou uitkiezen
 om
 alle cellen
 stuk voor stuk
 te gaan doorzoeken.

De priester
 gaf opdracht
 aan drie ouderen.
 Zij doorzochten alle slaappleatsen

ad extremum
in Pafnutii cellula
absconditum
codicem
inter plectas palmarum,
quas illi siras uocant,
sicut eum insidiator occulerat,
reppererunt.

en vonden
tenslotte
het boek
in de cel van Pafnutius,
verborgen
tussen de 'sira',
de palmvlechten,
juist zoals de verrader het er verstopt had.

5. quem
cum
inquisitores
confestim ad ecclesiam delatum
coram omnibus
protulissent,
Pafnutius,
licet
de conscientiae suae
esset sinceritate securus,
tamen
uelut qui furti crimen agnosceret
satisfactioni se totum tradens
locum paenitentiae
suppliciter postulauit,
hoc uerecundiae suae modestiaeque
prospiciens,
ne
si
maculam furti
uerbis
conaretur abluere,
insuper
etiam mendacii
notaretur,
nemine scilicet aliud
quam id quod inuentum fuerat
suspicante.
cumque
de ecclesia
non tam mente deiectus
quam iudicio dei fidens
protinus
abscessisset,
profusis in oratione iugiter lacrimis
triplicatisque ieiuniis
summa
se
etiam in conspectu hominum
mentis humilitate
prostrauit.

Zij
haastten zich naar de kerk
en lieten het
aan allen
zien.
Pafnutius,
ofschoon
zeker van de zuiverheid
van zijn geweten,
onderwierp zich niettemin
geheel aan de genoegdoening,
als bekende hij de diefstal,
en smeekte,
tot de boete te worden toegelaten.
Zo voorzag hij
in zijn bescheidenheid en eerbaarheid;
want
als hij
getracht had zich
van de smet van diefstal te ontdoen
door te spreken,
dan zou hij bovendien
nog door de leugen
getekend geweest zijn,
aangezien niemand vermoedde
dat het anders kon zijn
dan men bevonden had.

Terstond
verliet hij
de kerk,
meer vertrouwend op Gods oordeel
dan terneergeslagen over het gebeurde.
Zonder ophouden bad hij met overvloedige tranen;
hij verdriedubbelde zijn vasten
en ook voor de mensen
verootmoedigde hij
zich,
in de grootste
nederigheid van geest.

6. sed cum
duabus ferme ebdomadibus
ita
se
omni contritione carnis ac spiritus
subiecisset,
ut

Bijna twee weken lang
onderwierp hij
zich
naar lichaam en ziel aan deze grote boete;
zo zelfs
dat hij zich

die sabbati uel dominico
 non ad percipiendam communionem sacram,
 sed ad prosternendum se in limine ecclesiae
 atque ad ueniam suppliciter postulandam
 matutinus
 occurreret,
 nequaquam passus est
 eum
 occultorum omnium
 testis et cognitor
 uel a se amplius conteri
 uel ab aliis infamari.

nam
 quod
 ille inuentor sceleris,
 rei suae fur improbus,
 laudis alienae callidus infamator,
 nullo hominum teste
 commiserat,
 per diabolum
 qui ipsius criminis inceptor fuerat
 publicauit.

7. adreptus namque
 dirissimo daemone
 cunctas
 factionis occultae
 patefecit
 insidias
 criminationumque ac fraudium
 idem fuit proditor
 qui commentor.

ita autem
 spiritu illo inundo
 grauiter diuque
 uexatus est,
 ut
 ne orationibus quidem
 sanctorum illic consistentium,
 qui
 diuinorum charismatum merito
 daemone imperabant,
 potuerit emundari,
 sed ne ipsius quidem Isidori presbyteri
 gratia singularis
 crudelissimum
 ab eo extruserit uexatorem,
 cui
 tanta erat uirtus
 domini largitate conlata,
 ut
 ne usque ad limina quidem eius
 quisquam adrepticus
 qui tardius sanaretur
 aliquando
 perductus sit,
 Christo

's zaterdags en 's zondags
 's morgens
 niet voor de heilige communie
 naar de kerk haastte,
 maar om zich aan de ingang neer te werpen
 en om vergiffenis te smeken.
 Maar Hij die getuige is en kennis heeft
 van al wat verborgen is,
 duldde niet
 dat hij
 zich nog langer uitputte in boete
 en voor de anderen een kwade naam had.

De man die deze misdaad bedacht had,
 de schaamteloze dief van zijn eigen goed,
 de listige bekladder van andersmans naam,
 maakte zelf bekend
 wat hij had gedaan
 zonder dat iemand het gezien had.
 Hij deed dit onder invloed van de duivel,
 de aanstoker van het kwaad.

Een gruwelijke demon
 heeft hem aangegrepen
 en hij heeft heel
 zijn boosaardige
 list
 onthuld.
 Zo bracht hij die de laster en het bedrog
 verzonnen had,
 dit zelf aan het licht.

Lang en hevig
 is hij door die onreine geest
 gekweld.

Hij is zelfs niet gereinigd
 door de gebeden
 van de heiligen daar ter plaatse,
 die toch
 de goddelijke gaven
 van de duivelbezwering bezaten.
 Maar zelfs de buitengewone genade
 van de priester Isidorus
 verdreef
 de wreedaardige kwelgeest niet,
 terwijl Gods goedheid
 hem toch
 zó'n grote macht had gegeven
 dat men
 nog nooit
 een bezetene
 bij hem had gebracht
 die niet onmiddellijk op de drempel van zijn cel
 genezen was.
 Christus

hanc adulescenti Pafnutio
gloriam reseruante,
ut
illius tantum orationibus
cui insidiatus fuerat
purgaretur,
et cuius laudi
aliquid
inuidus inimicus
decerpere se posse
crediderat,
eius nomen proclamans
et delicti sui ueniam
et finem supplicii praesentis
acciperet.

8. haec ergo
ille
in adulescentia sua
futuræ indolis
iam tunc indicia
praefigurans
lineas quasdam perfectionis illius,
quae erat maturitate aetatis augenda,
adhuc in annis puerilibus
designauit.

si igitur
ad culmen uirtutum eius
uolumus peruenire,
talia
nobis
exordiorum fundamenta
iacienda sunt.

XVI. DE PERFECTIOE PATIENTIAE

Duplex sane
ad narrationem huius facti
causa
me compulit,
primum
ut
hanc immobilitatem uiri constantiamque
pensantes,
quanto
minoribus inimici
inpugnamur
insidiis,
tanto
maiores tranquillitatis atque patientiae
sumamus
affectum,
deinde
ut
firma definitione teneamus
a temptationum procellis

bewaarde deze eer
voor de jonge Pafnutius.

De schuldige werd enkel bevrijd
door de gebeden van hem
die hij belaagd had,
en alleen door de naam in te roepen van hem
aan wiens eer hij
in zijn afgunst en haat
gemeend had
afbreuk
te kunnen doen,
verkreëg hij
vergiftigen van zijn misdaad
en kwam er een eind aan zijn foltering.

Zo
gaf dus
Pafnutius
reeds in zijn jeugd
tekenen
van wat hij in de toekomst worden zou;
terwijl hij nog in zijn jonge jaren was,
toonde hij
bepaalde trekken van de volmaaktheid
die bij rijpere leeftijd tot ontplooiing zou komen.

Als wij dus
tot de hoogte van zijn deugd
willen komen,
dan moeten wij
met soortgelijke
fundamenten
beginnen.

16. *Het volmaakte geduld*

Twee
redenen
hebben mij ertoe gebracht,
dit feit te verhalen.
Ten eerste
dat wij
die onwrikbare standvastigheid van Pafnutius
voor ogen hebben
en het geduld
in ons
laten heersen,
zoveel te meer
omdat wij minder
heftige aanvallen
van de vijand
te verduren hebben.
Ten tweede
dat we
voor absoluut zeker houden
dat we niet veilig

inpugnationibusque
 diaboli
 tutos nos esse
 non posse,
 si
 omne praesidium
 patientiae nostrae
 omnemque fiduciam
 non
 in interioris hominis nostri uiribus,
 sed
 in cellulae claustris
 aut in solitudinis recessu
 sanctorumque consortio
 uel cuiusquam quae extra nos sit rei praesidio
 conlocemus.

2. nisi enim
 mentem nostram
 uirtute protectionis suae
 ille firmauerit
 qui in euangelio ait:
 regnum dei
 intra uos est,
 frustra
 aërii hostis insidias
 aut auxilio cohabitantium hominum
 uincere
 aut localibus spatiis
 declinare
 aut munitione tectorum
 excludere
 posse nos
 credimus.

nam
 cum
 haec omnia
 sancto Pafnutio
 non deessent,
 non tamen
 inpugnationis aditum aduersus eum
 temptator
 inuenire non potuit,
 neque
 illum nequissimum spiritum
 saepta parietum
 aut heremi solitudo
 aut tot
 in illa congregatione
 sanctorum merita
 reppulerunt.

3. sed
 quia
 sanctus dei famulus
 non in his quae extrinsecus sunt,
 sed in ipso occultorum omnium iudice

kunnen zijn
 voor de stormen van de bekoring
 en de aanvechtingen
 van de duivel,
 als we
 de waarborg
 en de betrouwbaarheid
 van ons geduld
 niet volkomen
 in de kracht van onze inwendige mens
 stellen,
 doch
 in de beschutting van een cel
 en in de afzondering in eenzaamheid
 of in het samenleven met heilige mensen
 of in enig ander hulpmiddel buiten ons.

Want
 als Hij
 die in het evangelie zegt:
 Het rijk Gods
 is in u (Lc. 17,21),
 onze ziel niet sterkt
 door de kracht van zijn bescherming,
 dan denken we
 tevergeefs
 dat we een aanval van de machten der lucht
 kunnen
 overwinnen
 met de hulp van de mensen met wie wij leven,
 of ontwijken
 door ons elders heen te begeven,
 of buitensluiten
 door de muren van een cel.

Al deze dingen
 ontbraken niet
 aan de heilige Pafnutius
 en toch
 wist de bekoorder
 een weg te vinden
 om hem aan te vallen.

Noch de muren die hem omringden,
 noch de eenzaamheid van de woestijn,
 noch de vele
 verdiensten van de heiligen
 van zijn gemeenschap
 weerhielden hem
 van de boze geest.

Maar
 omdat
 de heilige dienaar Gods
 de hoop van zijn hart
 niet op iets van buiten

spem sui cordis
adfixerat,
tantae inpugnationis machinis
nequaquam
potuit commoueri.

e contra
ille
quem
ad tantum facinus
praecipitavit
inuidia,
nonne
et solitudinis beneficio
et munitione remotioris habitaculi
et beati Isidori abbatis atque presbyteri
aliorumque sanctorum
consortio
fruebatur?

et tamen
quia
eum
supra harenam
repperit
turbo diabolicus,
non solum inpegit eius,
uerum etiam subuertit
habitaculum.

non ergo
quietem nostram
extrinsecus
inquiramus
nec
opitulari
uitiis impatientiae nostrae
alienam
putemus
posse
patientiam.

4. sicut enim
regnum dei
intra nos est,
ita
inimici hominis
domestici eius.

nemo enim
mihi magis
quam sensus meus,
qui mihi est
uere intimus
domesticus,
aduersatur.

et idcirco
si fuerimus solliciti,

gevestigd had,
doch op de Rechter zelf van al wat verborgen is,
kon hij niet
geschokt worden
door deze geraffineerde aanval.

En anderzijds:
genoot
de monnik
die
de afgunst
in zo'n grote misdaad
heeft gestort,
niet eveneens
de weldaad van de eenzaamheid,
de bescherming van een afgezonderde cel,
het gezelschap
van de zalige abt en priester Isidorus
en van de andere heiligen?

En desondanks
heeft de storm van de duivel
zich op zijn huis gestort
en omdat hij
het
op het zand
gebouwd vond,
heeft hij het
vernield.

Laten wij dus onze rust
niet
buiten ons
zoeken,
en menen wij
niet
dat het geduld
van een ander
de fout van ons ongeduld
te hulp
kan komen.

Want zoals
het rijk Gods
in ons is (Lc. 17,21),
zo zijn
de vijanden van de mens
huisgenoten (Mt. 10,36).

Niemand immers
is mij
vijandiger
dan mijn eigen zin,
en deze is
waarlijk mijn meest intieme
huisgenoot.

En daarom,
als wij waakzaam zijn,

ab intestinis hostibus
laedi minime
poterimus.

kunnen we
door onze inwendige vijanden
niet gewond worden.

ubi enim
nobis
nostri domestici
non aduersantur,
ibi
et regnum dei
in tranquillitate mentis
adquiritur.

En waar
ons
onze huisgenoten
niet bevechten,
daar
wordt het rijk Gods
verworven
in de vrede van de geest.

nam
si rationem diligenter excutias,
laedi ab homine
quamuis malignante
non potero,
si
ipse in pacifico
aduersum me
corde
non dimicem.

Want
goed beschouwd,
kan ik door een mens,
al is hij nog zo boosaardig,
niet geschaad worden,
als ik niet
zelf met onvredig
hart
tegen mijzelf
ga strijden.

si autem
laedor,
non est uitium
inpugnationis alienae,
sed
impatientiae meae.

Als
ik gewond word,
komt dat niet
door de aanval van de ander,
maar
door mijn eigen ongeduld.

5. sicut enim
grauis ac solidus cibus
sano
utilis,
ita
perniciosus est
aegrotanti.

Zoals
een zwaar en stevig voedsel
goed is
voor een gezonde,
zo is het
schadelijk
voor een zieke.

non autem laedere
sumentem
potest,
nisi ei
ad nocendum
uires adiecerit
percipientis infirmitas.

Het doet
geen kwaad
aan hem die het tot zich neemt,
tenzij het
in diens zwakheid
de kracht vindt
om te schaden.

si umquam ergo
similis
inter fratres
fuerit oborta
temptatio,
nequaquam
a cursu tranquillitatis excussi
blasphemis saecularium
obtrectationibus
aditum reseremus
nec
peruersos atque execrabiles quosque

Indien dus ooit
nogmaals een dergelijk
voorval
plaats mocht vinden
onder de broeders,
laten we ons dan niet
uit de koers van onze vrede slaan
en de toegang openen
voor lasterlijke, stotende woorden,
zoals men die in de wereld vindt.
En
verwonderen wij ons niet

sanctorum uirorum numero insertos
 latitare
 miremur,
 quia,
 dum
 in huius saeculi area
 conculcamur atque conterimur,
 necesse est
 etiam paleas
 igni perpetuo deputandas
 inter electissima frumenta
 misceri.

6. denique
 si
 uel Satanan
 inter angelos
 uel Iudam
 inter apostolos
 uel Nicolaum
 prauissimae haereseos inuentorem
 inter diaconos
 reminiscamur
 electos,
 hoc
 quod
 nequissimi homines
 sanctorum ordini
 deprehenduntur inserti,
 mirum esse
 non poterit.

nam
 licet
 hunc Nicolaum
 quidam adserant
 non illum fuisse
 qui
 ad opus ministerii
 ab apostolis
 est electus,
 nihilominus tamen
 eum
 de illo discipulorum fuisse numero
 negare non possunt,
 quos
 omnes
 tales
 tamque perfectos
 id temporis
 fuisse
 manifestum est,
 quales
 nunc
 perpaucos
 uix
 in coenobiis
 inuenimus.

dat er zich onder de heiligen
 ook slechtaards en misdadigers
 schuilhouden;
 want
 zolang we
 op de dorsvloer van deze wereld
 getreden en gestampt worden,
 is er
 noodzakelijk ook
 onder het vele koren
 kaf,
 dat bestemd is voor het eeuwige vuur.

Als we
 ons herinneren
 dat er onder de engelen
 Satan
 was,
 onder de apostelen
 Judas,
 onder de diakens
 Nikolaas,
 de uitvinder van een kwaadaardige ketterij,
 dan kan
 het
 geen verwondering wekken
 dat men
 in de rangen der heiligen
 boosaardige mensen
 aantreft.

Hoewel
 sommigen beweren
 dat deze Nikolaas
 niet de zelfde is geweest
 als die
 door de apostelen
 is gekozen
 voor het werk van de bediening,
 ze kunnen toch niet
 ontkennen
 dat hij
 deel uitmaakte van de eerste leerlingen,
 die
 in die tijd
 alle
 zo'n
 grote volmaaktheid
 bezaten

als we
 nu
 nog ternauwernood
 vinden
 bij enkelen
 in de kloosters.

7. non ergo
 ruinam illius supra dicti fratris,
 qui
 in illa heremo
 tam lugubri
 lapsus est
 casu,
 neque
 illam horribilem maculam,
 quam tamen
 ille
 ingentibus paenitentiae lacrimis
 post deleuit,
 sed
 beati potius Pafnutii
 nobis proponamus
 exempla,
 nec
 subuersione illius
 destruamur
 cuius
 antiquum inuidiae uitium
 etiam auxit in peius
 adfectata religio,
 sed
 huius humilitatem
 tota uirtute
 sectemur,
 quam
 non illi
 quies heremi
 subito
 genuit,
 sed
 inter homines adquisitam
 consummauit atque excoluit
 solitudo.

8. sciendum sane est
 inuidiae morbum
 difficilium ad medellam
 quam cetera uitia
 peruenire.

nam
 eum
 quem semel
 ueneni sui peste
 corruerit
 paene dixerim
 carere remedio.

ipsa namque
 est lues
 de qua
 figuraliter dicitur
 per prophetam:
ecce
ego mittam uobis

Maar laten we dus niet stilstaan
 bij het ongeluk van die broeder,
 die
 in de woestijn
 op zo tragische
 wijze
 gevallen is,
 of
 bij die vreselijke zonde,
 die hij
 overigens later
 met overvloedige tranen van berouw
 heeft uitgewist.
 Stellen wij ons liever
 het voorbeeld
 van de zalige Pafnutius
 voor ogen.
 In plaats van
 zwak te worden
 wegens de val van de eerste,
 bij wie
 de schijnheiligheid
 de oude ondeugd van de afgunst
 nog verergerde,
 moeten we
 met heel onze kracht
 de nederigheid
 navolgen van de tweede.
 Die
 heeft de rust van de woestijn
 hem niet
 plotseling
 zo maar bezorgd:
 hij heeft haar
 in de gemeenschap der mensen verworven,
 en de eenzaamheid
 heeft haar tot ontwikkeling en tot rijpheid gebracht.

Maar u moet dit weten:
 de ziekte van de afgunst
 komt
 moeilijker tot genezing
 dan de andere ondeugden.

Als iemand
 eenmaal
 door haar vergif
 is aangetast,
 dan zou ik haast durven beweren
 dat er voor zo iemand geen geneesmiddel is.

Dat
 is de gesel
 waarvan
 de profeet
 in beeldspraak zegt:
Zie,
Ik laat koningsslangen

*serpentes regulos,
quibus non est incantatio:
et mordebunt uos.*

recte igitur
a propheta
mortiferis basilisci uenenis
morsus inuidiae
comparantur,
qua
primus
ille omnium uenenorum auctor et princeps
et periit
et peremit.

nam
ante suos
quam eius
cui inuiderat
interemptor
priusquam
in hominem
mortis uirus
effunderet,
ipse se perdidit:
inuidia
enim
diaboli
mors introiuit
in orbem terrarum:
imitantur ergo illum
qui sunt ex parte eius.

9. sicut enim ille
qui
primus
eiusdem mali peste
corruptus est
nec medellam paenitentiae
nec fomentum ullius curationis
admisit,
ita et hi
qui
isdem
se percutiendos
morsibus
tradiderunt
omnem opem sancti incantatoris
excludunt,
quia
cum utique
non culpa eorum
quibus liuent,
sed prosperitate
crucientur,
erubescunt
ipsam prodere
ueritatem
extrinsecus

*op u los,
waartegen geen bezwering zal baten:
en die zullen u bijten (Jer. 8,17).*

Terecht
vergelijkt
de profeet
met het dodelijk gif van de koningsslang
de beten van de afgunst,
waardoor
de eerste
bewerker en vorst van alle vergif
èn te gronde is gegaan
èn te gronde richt.

Moordenaar
van zichzelf,
alvorens het te worden van hem
op wie hij afgunstig werd:
voordat hij
het virus van de dood
in de mens
heeft uitgestort,
heeft hij zichzelf verdorven.
Want
door de afgunst
van de duivel
is de dood
in de wereld gekomen;
zij die van zijn kant zijn,
volgen hem na (Wijsh. 2,24-25).

Zoals hij
die
het eerst
door dat kwaad
is bedorven,
niet heeft willen weten
van het geneesmiddel der boete
of van enige behandeling of verzorging,
zo sluiten ook zij
die
zich
op dezelfde manier
laten
bijten,
elke hulp van een heilige bezweerder
buiten.
Want
omdat
niet de fouten van hen
op wie ze jaloers zijn,
hen kwellen,
doch hun geluk,
schamen zij zich
dit eerlijk
te zeggen
en zoeken zij

sibi
 quasdam superfluas et ineptas causas offensionis
 inquirunt:
 quarum,
 quia omnimodis falsae sunt,
 uana curatio est,
 cum
 illud mortiferum uirus
 quod nolunt prodere
 lateat
 in medullis.

10. de quibus
 sapientissimus ille
 competenter expressit:
*si momorderit serpens
 non in sibilo,
 non est abundantia
 incantatori.*

isti enim sunt
 taciti morsus
 quibus solis
 sapientium medicina
 non subuenit.

nam
 usque adeo
 incurabilis est
 ista perniciēs,
 ut
 blandimentis exasperetur,
 infletur obsequiis,
 muneribus iriritetur,
 quia,
 ut idem Salomon ait,
*nihil sustinet
 zelus.*

quanto enim
 amplius
 alius
 aut humilitatis subiectione
 aut patientiae uirtute
 aut munificentiae laude
 profecerit,
 tanto
 ille
 maioribus
 inuidiae stimulis
 incitatur,
 quia
 non nisi
 ruinam aut mortem eius
 cui inuidet
 concupiscit.

11. denique

daarbuiten
 allerlei ijdele en dwaze redenen tot verbittering.
 Iedere behandeling in dat geval
 is vruchteloos,
 omdat het valse voorwendzels zijn,
 omdat
 het dodelijk vergif,
 dat zij niet voor de dag willen brengen,
 in hun merg
 verborgen blijft.

Daarover
 zegt de wijze
 zeer toepasselijk:
*Als de slang bijt
 zonder te sissen,
 dient de bezweerder
 nergens toe (Pred. 10,11 LXX).*

Dat zijn
 de stille beten,
 de enige
 waar de geneeskunst de wijzen
 niet helpt.

Dit kwaad
 is zo
 ongeneeslijk
 dat
 vertroetelen het verergert,
 dat welwillendheid het doet zwellen,
 dat liefdedienst het prikkelt,
 want,
 zoals dezelfde Salomon zegt,
*de afgunst
 kan niets verdragen (Spr. 27,4 LXX).*

Hoe
 groter voortgang
 de ander
 maakt,
 door nederige onderwerping,
 door de deugd van geduld,
 door de verdienste der grootmoedigheid,
 des te
 heviger
 wordt de afgunstige
 door zijn kwaad
 geprikkeld,
 want
 hij verlangt
 niets anders
 dan de val of de dood van hem
 die hij benijdt.

Zo kon

illorum undecim patriarcharum zelus
 in tantum
 nulla innoxii fratris subiectione
 potuit deleniri,
 ut
 de his
 scriptura commemoret:
*inuidebant autem ei fratres sui,
 eo quod diligeret eum pater suus,
 et non poterant ei loqui
 quicquam pacificum,*
 donec
 zelus eorum,
 qui
 nulla
 germani obsequentis atque subiecti
 sustinuit
 blandimenta,
 mortem eius cupiens
 uix posset
 uenditionis fraternae crimine
 satiari.

cunctis ergo uitiiis
 perniciosiorem
 atque ad purgandum
 difficiliorem esse
 constat
 inuidiam,
 quae
 ipsis remediis
 quibus
 reliqua extinguuntur
 accenditur.

nam
 uerbi gratia
 qui
 damnum sibi inlatum
 dolet,
 largitatis compensatione
 curatur:
 qui
 de inlata
 indignatur
 iniuria,
 humili satisfactione
 placatur.

12. quid
 illo facias,
 qui
 hoc ipso magis
 quod
 te humiliorem ac benigniorem
 sentit
 offenditur,
 quem
 non ad iracundiam

de afgunst van de elf aartsvaders
 allerminst
 bedaar worden
 door de onderdanigheid van hun onschuldige broeder,
 zoals
 de Schrift
 van hen zegt:
*Zijn broeders waren jaloers op hem,
 omdat zijn vader hem beminde,
 en zij konden geen vreedzaam woord meer
 tot hem spreken (Gen. 37,4).*
 Het werd zo erg dat
 hun afgunst,
 die
 de zachtmoedigheid
 van hun gehoorzame en gewillige broer
 niet
 verdroeg,
 zijn dood begon te verlangen
 en nauwelijks bekoeld
 kon worden
 door hem schandelijk te verkopen.

Het is dus zeker
 dat de afgunst
 gevaarlijker is
 en moeilijker
 te genezen
 dan alle andere ondeugden,
 omdat zij
 door de middelen
 waardoor
 de andere verdwijnen,
 juist verergert.

Iemand
 die bijvoorbeeld
 treurt
 over een schade die men hem berokkend heeft,
 wordt tevreden gesteld
 door een vergoeding die men hem geeft.
 Iemand
 die gebelgd is
 over een onrecht
 dat hem is aangedaan,
 wordt verzoend
 door een nederige voldoening.

Maar wat
 moet ge doen tegenover iemand
 die zich
 juist des te meer
 ergert
 naarmate hij
 voelt
 dat u nederiger en welwillender bent?

Niet de hebzucht

cupiditas,
 quae praemio
 delenitur,
 non iniuriae laesio
 aut amor ultionis
 accendit,
 quae
 officiorum
 uincitur blandimentis,
 sed
 successus tantum alienae felicitatis
 irritat?

quis autem est
 qui se,
 ut satisfaciat inuidenti,
 a bonis
 conruere
 aut a prosperis
 alienari
 aut a calamitate aliqua
 optet
 inuolui?

quapropter
 ne totum,
 quidquid in nobis
 uiuidum est
 et quasi
 uitali uegetatione sancti spiritus
 animatum,
 uno tanti huius mali morsu
 basiliscus
 interimat,
 diuinum
 cui impossibile nihil est
 iugiter inploremus
 auxilium.

13. cetera enim
 uenena serpentum,
 id est
 carnalia peccata uel uitia,
 a quibus
 ut cito
 inuoluitur,
 ita facile
 expurgatur
 humana fragilitas,
 habent aliqua
 uulnerum suorum
 in carne
 uestigia,
 quibus
 quamuis
 terrenum corpus
 perniciosissime contumescat,
 tamen
 si

ontsteekt
 zijn toorn:
 deze zou men
 door geschenken kunnen bedaren.
 Hij is niet gekrenkt om een onrecht
 of op wraak gebrand:
 dat zou men
 door vriendelijkheid en voorkomendheid
 kunnen overwinnen.
 Neen,
 louter de voorspoed, het geluk van de ander
 verbittert hem.

Maar wie
 zou wensen
 dat hij,
 om de afgunstige te bevredigen,
 zijn welzijn
 zou verliezen,
 zijn voorspoed
 kwijtraken,
 of dat hem een of andere ramp
 overkomt?

Laten we daarom
 voortdurend smeken
 om de hulp
 van God,
 aan wie niets onmogelijk is,
 dat
 de slang niet
 al wat in ons
 leeft
 en als het ware
 door de levendmakende kracht van de heilige Geest
 wordt bezielde,
 met één enkele beet van dit kwaad
 vernietigt.

Want voor het overige
 slangenvergif,
 dat wil zeggen
 de vleselijke zonden en ondeugden:

zo vlot als
 de menselijke zwakheid
 ermee wordt besmet,
 zo gemakkelijk
 wordt zij ervan gezuiverd.
 De wonden die zij maken,
 gaan
 met uitwendig zichtbare
 verschijnselen gepaard.
 Maar
 wat voor
 gevaarlijk gezwel
 zij ook veroorzaken:

als

theriacae remedium
 aut illam salutarium uerborum medellam
 aliquis
 peritissimus carminum diuinorum
 incantator
 admouerit,
 ad perpetuam animae mortem
 pernicios uirulenta
 non peruenit:
 inuidiae autem
 quasi a regulo serpente effusum
 uirus
 uitam ipsam religionis ac fidei,
 priusquam
 vulnus
 in corpore
 sentiatur,
 excludit.

14. non enim
 aduersus hominem,
 sed plane
 aduersus deum
 blasphemus extollitur,
 qui
 nihil in fratre aliud
 nisi felicitatem
 carpens
 non hominis culpam,
 sed dei tantum iudicia
 reprehendit.

haec ergo est
 illa
 sursum germinans
 amaritudinis radix,
 quae
 se erigens ad superna
 ad contumeliam
 ipsius
 qui bona homini confert
 tendit
 auctoris.

nec quemquam moueat
 quod
 deus
 missurum se
 serpentes regulos,
 qui
 eos
 quorum criminibus
 offenditur
 mordeant,
 conminatur.

nam
 licet
 certum sit

een
 bezweerder,
 die goed met de goddelijke zangen bekend is,
 het goede tegengif
 en het geneesmiddel van woorden van heil
 weet toe te dienen,
 dan zal het kwade venijn
 de eeuwige dood van de ziel
 niet bereiken.
 Doch de afgunst,
 het vergif
 van de koningsslang,
 snijdt het leven van geloof en godsdienst
 af,
 voordat
 de wond
 uitwendig
 waarneembaar wordt.

Want niet
 tegen een mens,
 maar
 tegen God
 verheft zich lasterlijk degene
 die
 in zijn broeder niets anders
 hekelt
 dan diens geluk:
 hij keurt
 niet de schuld van een mens af,
 maar het oordeel van God.

Dit is
 die
 opschietende
 wortel van bitterheid (Hebr. 12, 15),
 die
 zich in de hoogte verheft
 en
 de Schepper
 beledigt
 die de mens het goede schenkt.

Laat het overigens niemand verontrusten
 dat
 God
 dreigt
 koningsslangen
 los te laten
 om
 hen
 door wier misdaden
 Hij beledigd wordt,
 te bijten.

Want
 hoewel
 het zeker is

deum
 auctorem inuidiae esse
 non posse,
 aequum tamen
 et diuino dignum iudicio est,
 ut
 dum
 bona data
 humilibus
 conferuntur
 et superbis ac reprobis
 denegantur,
 eos
 qui
 secundum apostolum
 tradi

in reprobum sensum
 merentur
 quasi ab ipso missa
 percutiat et consumat
 inuidia
 secundum illud:
ipsi me
ad aemulationem
inritauerunt
in non deo:
et ego
ad aemulationem
inducam eos
in non gente.

15. Hac
 beatus Piamun
 desiderium nostrum,
 quo
 de primis coenobii scolis
 ad secundum anachoreseos gradum
 tendere coeperamus,
 disputatione
 ardentius inflammavit.

nam
 primordia solitariae commorationis,
 cuius scientiam
 postea
 sumus Scitii plenius adsecuti,
 ipso primum inbuente
 suscepimus.

dat God niet
 de bewerker van de afgunst
 kan zijn,
 toch is het rechtvaardig
 en Gods oordeel waardig
 dat
 door het feit
 dat het goede
 de nederigen
 gegeven wordt
 en de hoogmoedigen en slechten
 geweigerd,
 de afgunst
 als het ware door Hem gezonden wordt
 en hen
 die
 volgens de Apostel
 verdienen
aan hun ondeugdelijke gezindheid (Rom. 1,28)
 te worden prijsgegeven,
 aantast en verteert.
 Dat is overeenkomstig deze woorden:
Zij hebben Mij
tot naijver
aangezet
door dat wat geen God was;
en Ik
zal hen tot afgunst
brenge
door wat geen volk is (Deut. 32,21).

Door dit
 gesprek
 deed de zalige Piamun
 ons verlangen,
 dat ons ertoe gebracht had
 om de lagere school der cenobieten te verlaten
 en te streven
 naar de hogere graad van de anachoreten,
 heviger branden.

Want
 de beginselen van het kluzenaarsleven,
 dat wij later
 te Scetis vollediger hebben leren kennen,
 hebben wij eerst
 van hem
 ontvangen.